1538

INSTITV TIO PRINCIPIS

Christiãi, saluberrimis referta præceptis, per Erasmum Roterodam̄, ab eodem recognita.

PRAECEPTA

Isocratis de regno administrãdo ad Nicoclem regem, eodem interprete.

Coloniæ, ex officina Eucharij Ceruicorni, Anno

M. D. XXIX.

CLARISSIMO VIRO D. IOHANNI SYLVAGIO, Regis catholici CAROLI Cancellario summo, Erasmus Roterodamus inter eiusdem regis consiliarios minimus. S. D.

3

SVBINDE ME FLAGELlat litigatricibus epistolis Petrus Barbiriꝰ sacellanus tuus, meus Pylades, quod posteaq̃ itineris Hispanici comes esse recusaui, non saltē crebris literis celsitudinem tuam interuisam. Ego uero, si mihi persuasum habeam prudentiam tuā, uel desiderare literarum officium, uel huiusmodi uulgarib. officijs æstimare cliētis in te animū, nolim mihi hac in causa ullam quantumuis iustam, excusationem esse p̄sidio: licet illud uerissime queam dicere, me hactenus nō leuius districtum fuisse studiorum laboribus, quàm tu tāti principis, & non unius regni negotijs distringaris: etiam si non negē te sarcina splendidiore premi, grauiore nō arbitror, ut interim culicem cum elephanto componam. Nunc uero cum non ignorem pectus istud tuū, heroicum quidē prorsus, & homine maius, sed tamen unū, tantis negotiorum molibus undiq; pulsari, non alia ratione mihi uideor in te officiosior esse posse, quàm si salutationis officio supersedeam. Quin modis omnibus mihi uidear iniurius, tū in regem catholicū, cui uelut Atlāti tu Hercules es uice, aut si mauis, uelut Herculi Theseū præstas, tum in uniuersam potentissimi principis ditionem: cuius iuuandis rebus superū benignitate donatus uideris, si te frequēter meis literis interpellē, præsertim nihil aliud, q̃ animum in te meum testaturis: quem ego sane, si facultas animi studio respondeat, solidioribus argumētis testari cupiā, & opitulatore Christo, testaturus sum aliqn̄, si mō in paucos annos uitā & incolumitatem

ſuperi propitij largiātur. Nunc in hoc piſtrino, in quod memet conieci, molendum eſt menſes aliquot: & mortarium quod ipſe intriui, mihi exedundum eſt, nec tamen aliud interim ago, quàm agit tua celſitudo, pari quidem ſtudio, licet impari ſucceſſu, nec pari ſplendore. Tu uelut in celeberrimo totius orbis theatro, ſummo cū omnium applauſu uerſans, principis eius negotia moderaris, à cuius ingenio rerum humanarum ſumma potiſſimum pendere uidetur, & ita moderaris, ut cum illo pulcherrimum quoddam certamen ſuſcepiſſe uidearis, utrū unus ille ſyncerius regnis tam multis ſummum gerat imperium, an tu unus uni magiſtratum ampliſſimum. Ego incluſus & inter libros muſſans, pro mea uirili honeſtiſſimorum ſtudiorum negotium ago, nihilo ſecius interim & principis agens negotium, cui ſcio nihil eſſe magis in uotis, ꝗ ut ipſius auſpicijs, Chriſtiana pietas ac eruditio digna Chriſtianis, magis ac magis apud nos efflo reſcat, & latiſſime propagetur. Atqui ditio fortaſſis poteſt armis propagari, uera religio alijs copijs alijſq; præſidijs propaganda eſt. Hac in parte, quàm ego uel primariam eſſe puto, ſi non dicam ducem, ſed certe gregarium quenpiam militem præſto, non me pœnituerit decertaſſe. Tantum oro, ut communibus noſtris conatibus Chriſtus Optimus Maximus aſpiret. Aſpirabit autem, ſi nos ſynceris animis, illius, non noſtrum agemus negotium. Atq; ita noſtrum maxime ſumus acturi, ſi illius negotium egerimus. Nos & aduerſa ualetudine, & ſycophantarum inſultibus pulſati, magis animo quàm corpore uiuimus. Cæterum & mihi gratulor, & Chriſto ſoſpitatori gratias ago, quod ex amicorum literis cognoſco celſitudinem tuam, inter immenſas iſtas curarum ac diſcriminum undas, quibus alioqui ferendis uix adamantinum pectus ſuffecerit, perpetuo proſpera ualetudine uſum fuiſſe, ſiue uires iſtas præter ætatis rationem, tibi quędam naturę felicitas ſuppeditat, ſiue inſignis in optimum principem ac patriam pietas ſuggerit, ſiue numi-

nis humano generi cõsulentis benignitas, principis cau
sa tibi, per te nobis omnibus largitur. Adeo quoties ue-
getam istam, & tot parem negotijs senectutem contem
plor, Massinissam quenpiam aut Catonem mihi uidere
uideor, nisi quod ut illos æquas patientia, ita prudentia
animiꝗ moderatione superas. Cuiusmodi si nobis ali-
quammulti contingerent, spes esset, breui futurum, ut
orbis Christianus & honestissimis disciplinis, & mori-
bus integerrimis, & pace iucundissima floreret. Audio
Ferdinandum illustrissimum feliciter ad nos appulisse:
ei libellum de principe instituendo instauraui: quando-
quidem eum Carolo iamdudum superuacaneum reddi-
dit tum ipsius indoles, ultro ad omnia summo rege
digna præuolans, tum tua non minus fida quàm
cordata consilia. Bene uale, Basileæ An-
no millesimo quingentesimo deci-
mooctauo, Idibus
Iulijs.

ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPI CAROLO, IN-
uictiſſimi Maximiliani nepoti, Deſi-
derius Eraſmus Roteroda-
mus S. D.

CVM PER SE RES EXIMIA quædam eſt ſapientia, Carole principum ampliſſime, tum uero nullum ſapientiæ genus excellẽtius exiſtimat Ariſtoteles, q̃ quæ doceat ſalutarem agere principẽ, ut optimo iure Xenophon in libro, quẽ inſcripſit Oeconomicon, arbitretur eſſe quiddam homi ne maius, planeq́ꝫ diuinum, imperare liberis ac uolentibus. Hæc nimirꝫ eſt illa principibus expetenda ſapiẽtia, quam unam cæteris rebus contemptis, optauit cordatiſ ſimus adoleſcens Solomon, quamq́ꝫ iugiter regio throno uoluit aſſiſtere. Hæc eſt illa caſtiſſima ſimul & pulcherrima Sunamitis, cuius unius complexibus unice delectatus eſt Dauid, ſapiẽtiſſimi filij ſapiẽtiſſimus pat. Hęc eſt, quæ loqtur in prouerbijs: Per me principes impant, & potentes decernũt iuſtitiã. Hanc q̊ties in conſiliũ adhibẽt reges, excluſis peſſimis illis cõſultoribus, ambitiõe, ira, cupiditate, & adulatione, iam rebus omnibus florens reſpublica, principis ſui ſapientiæ felicitatẽ ſuã acceptã ferens, merito ſibi gratulatur: Venerunt, inquiens, mihi omnia bona pariter cum illa. Proinde Plato non alia in re diligentior eſt, quàm in inſtituendis reipublicæ ſuæ cuſtodibus, q̊s nõ opibus, nõ gemmis, nõ cultu, nõ imaginibus, nõ ſatellitio, ſed ſola ſapiẽtia cæteros uult añcellere: negans unq̃ beatas fore reſpublicas, niſi aut philoſophi gubernaculis admoueant, aut ij qbus fortè cõtingit adminiſtratio, phiam amplectãt: phiam inq̃, nõ iſtã, q̃ de principijs, de prima materia, de motu aut infinito diſputat, ſed quæ falſis uulgi opinionibus, ac uitioſis affecti-

bus animum liberans, ad æterni numinis exemplar recte gubernandi rationem commonstrat. Tale quiddam sensit opinor & Homerus, cũ Mercurius Vlyssem aduersus Circes ueneficia, moly herba præmunit. Nec sine causa Plutarchus, neminem existimat de republica melius mereri, quàm qui principis animum, omnibus consulturum, optimis ac principe dignis rationibus imbuerit: è diuerso neminem æque grauem perniciem adferre rebus mortalium, atq; eum qui principis pectus prauis opinionibus aut cupiditatibus corruperit, haud secus quàm si quis fontem publicum, unde hauriant uniuersi, letalib⁹ uenenis infecerit. Idem haud abs re taxat celebratissimum illud Alexandri Magni dictum: qui cum à colloquio, quod habuerat cum Diogene Cynico, digressus admiraretur animum illum philosophicum, excelsum, infractum, inuictum, & omnibus humanis rebus superiorem: Ni Alexander, inquit, essem, Diogenes esse cupiam. Imò quo pluribus rerum procellis obnoxia est ingens ditio, hoc magis illi fuerat optandus Diogenis animus, qui tantis rerum molibus par esse posset. Sed quàm Alexandrum felicitate superas Carole princeps inclyte, tã speramus futurum, ut anteeas & sapientia. Nam ille quidem ingens imperium occuparat, nec citra sanguinem, nec admodum duraturum. Tu pulcherrimo natus imperio, maiori destinatus, ut quàm illi sudandum erat ut inuaderet, tam tibi fortè laborandũ erit, ut aliquam ditionis partem ultro cedas potius, q̃ occupes. Superis debes, quod incruentum, & nullius malo emptum contigit imperium: iam tuæ sapientiæ partes erunt, incruentũ item ac tranquillum tueri. Et est ea naturæ tuæ bonitas, ea mentis integritas, ea uis ingenij, ea sub incorruptissimis præceptoribus fuit institutio: denique tot undiq; te maiorum tuorum circunstant exempla, ut omnibus certissima spes sit, Carolum aliquando præstaturum, quod à patre tuo Philippo dudum expectabat orbis: neq; fefellisset expectationem publicam, ni mors illũ añ diẽ terris

eripuiſſet. Itaq; cum nō ignorarem, tuæ celſitudini nihil opus eſſe cuiuſquam monitis, nedum meis, tamen uiſum eſt optimi principis ſimulacrum in commune proponere, ſed tuo ſub nomine, ut qui magnis imperijs educant, per te rationem accipiant adminiſtrādi, abs te exemplū, quo ſimul & tuis auſpicijs hæc utilitas ad omnes permanaret, & nos iam tui, his ceu primitijs, animi in te noſtri ſtudium utcūq; teſtificaremur. Iſocratis de regno adminiſtrando præcepta latinitate donauimus: ad cuius ęmulationem adiecimus noſtra, uelut aphoriſmis abſoluta, quo minus eſſet tædij legentibus, ſed tamen ab illius decretis haud parum diſſidentia. Siquidem ille ſophiſta regulum neſcio quem, ſeu tyrānum potius inſtituit, ethnicus ethnicum: ego theologus inclytum & integerrimū principem, ad hæc Chriſtianus Chriſtianum. Quæ ſi mihi ſcriberent ad prouectioris ętatis principem, poteram fortaſſe nonnullis in ſuſpicionē uenire, uel adulationis, uel procacitatis. Nunc cum hic libellus dicatus ſit ei, qui tametſi ſummam de ſe ſpem præbeat, tamen ut admodū adoleſcens, & nuper inauguratus imperio, ne potuerit q dem admodum multa gerere, quæ ſolent in alijs principibus aut laudari, aut reprehendi: liber nimirum utraq; ſuſpicione, non poſſum aliud quęſiſſe uideri, q̄ publicam utilitatem: quā ut regibus, ita & regum amicis ac famulis oportet unicum eſſe ſcopum. Inter innumera decora, quæ tibi deo pręſide tua parabit uirtus, erit & hęc nō nulla pars laudum tuarum, talem fuiſſe Carolum, ut nō ueritus ſit aliquis illi citra ullam aſſentationem, integri ueriq; Chriſtiani principis ſimulacrum oſtendere, quod uel libenter agnoſceret optimus princeps, uel ſapienter imitaretur adoleſcens, ſemper ſeipſo melior euadere cupiens. Bene uale.

INSTITVTIO PRINCIPIS CHRISTIANI, per Des. Erasmum Rot. aphorismis digesta, quo minus onerosa sit lectio.

Natiuitas & educatio principis.

VBI receptum est, suffragijs asciſci principem, illic non perinde spectãdæ sunt maiorum imagines, siue species corporis, aut proceritas, quod à barbaris nonnullis olim ineptissime factitatũ legimus, atque indoles animi mansueta, placidaq́; sedatum ac minime præceps ingenium, nec ita concitatum, ut periculum sit, ne accedente fortunæ licentia, erumpat in tyrãnidem, & admonentem aut consulentem non ferat: nec rursus ita lẽtum, ut cuiuslibet arbitrio quouis duci sese patiat. Spectãdus & rerũ usus, & ætas, nec ita grauis, ut iam obnoxia sit delirationi: nec ita uirens, ut affectibus abripiat. Fortassis & ualetudinis habenda nonnulla ratio, ne subinde nouus princeps sit adhibendus, idq́; non citra reipublicę dispendium.

Valetudo principis.

In nauigatione non ei committitur clauus, qui natalibus aut opibus aut forma cæteris antecellit, sed qui peritia gubernãdi, qui uigilantia, qui fide superat: ita regnũ ei potissimũ est committẽdum, qui regijs dotibus anteit reliquos, nempe sapientia, iustitia, animi moderatione, prouidentia, studio cõmodi publici.

Quib⁹ rebus æstimandus princeps.

Imagines, auræ, gẽmæ, nihilo plus habent momenti ad ciuitatis administrationem, q̃ eadem nauclero cõdu-

ctura ſint ad nauim gubernandam.

Vtilitatis publicæ ratio.

Quod unũ oportet ſpectare principem in adminiſtrãdo, id unum oportet ſpectare populũ in principe deligẽdo, nimirum publicam cõmoditatem, procul ablegatis priuatis affectibus.

Quo minus integrum eſt, mutare quem delegeris, hoc circunſpectius eſt deligendus, ne diutiſſime nos cruciet unius horæ temeritas.

Educatio principis.

Cæterum ubi naſcitur princeps, non eligitur: quod & olim apud barbaras aliquot nationes fieri ſolitum teſtatur Ariſtoteles, & noſtris temporibus ubique ferè receptum eſt: ibi præcipua boni principis ſpes à recta pendet inſtitutione, quam hoc diligentiorem etiã adhiberi conueniet, ut quod ſuffragiorum iuri detractum eſt, id educandi ſtudio penſet. Proinde ſtatim, & ab ipſis (ut aiunt) incunabulis uacuum adhuc & rude futuri principis pectus, ſalutaribus opinionibus erit occupandum. Ac protinus in puerilis animi nouale, iacienda honeſti ſemina, quæ paulatim ætate & uſu rerum ſuppullulent ac matureſcant, & ſemel infixa in omnem uſq; uitam inhæreãt. Nihil enim ita penitus inſidit & inhæreſcit, ut quod primis illis inſeritur annis: in quibus quid imbibamus, cum in omnibus permultum refert, tũ uero in principe plurimum.

Bonis opinionibus ſtatim imbuendus princeps.

Vbi poteſtas non eſt deligendi principem, ibi pari diligentia deligẽdus erit is, qui futurũ inſtituat principem.

Deligẽdus principis iſtitutor.

Vt naſcatur probæ indolis princeps, id uotis optandũ à ſuperis: porrò, ne bene natus degeneret, aut ut parum bene natus, educatione reddat melior, id partim in nobis ſitum eſt.

Mos erat olim de repub. benemeritis ſtatuas, arcus, ac titulos honoris gratia ponere, at nulli magis hoc honore digni ſunt, q̃ ij qui in recte inſtituendo principe, fidelem ac ſtrenuam nauarint operam: nec priuatum emolumentum, ſed patriæ ſpectarint utilitatem.

Omnia debet patria bono principi; At hunc ipſum de

bet ei, qui rectis rationibus talem effecerit.

Non aliud æque idoneũ formandi corrigendi ue principis tempus, q̃ cum ipse nondum sese principem esse intelligit. Hoc igitur erit diligenter occupandum, non solum hactenus, ut interim cohibeať à turpibus, sed etiã ut certis quibusdam uirtutũ decretis imbuať. Statim formandus princeps.

Si tanta solicitudine parentes non omnino stulti, puerum educant, unius agelli successioni destinatum, quò tã dem studio curaq; educari par est eum, qui non unis ædibus, sed tot populis, tot ciuitatibus, imò qui orbi instituitur, aut magno oĩm cõmodo futurus uir bonus, aut magno omnium exitio futurus uir malus? Ab exemplo.

Magnificum ac præclarum, bene gerere imperium: at non minus egregium, efficere, ne succedat deterior: imò hoc uel præcipuum boni principis munus est, dare operam, ne possit esse malus princeps.

Sic imperato, quasi certes in hoc, ne quis tui similis queat succedere: at sic interim liberos futuro parãs imperio, tanq̃ id agas, ut tibi succedat te melior.

Nulla pulchrior egregij principis cõmendatio, q̃ si talem relinquat reipublicę, ad cuius collationem ipse parꝫ bonus uideať: nec poterat illius gloria uerius illustrari, q̃ sic obscurata. Epiphonema ex cõtrarijs.

Fœdissima commendatio est, quoties deterior succedens facit, ut superior dum uiueret intolerabilis, iam ut probus ac salutaris desidereť.

Bonus ac sapiens princeps, ita curet educãdos liberos, ut illud semper meminerit, se patrię genitos, patriæ educare, non suis affectibus. Priuatũ parentis affectũ, semper publica uincat utilitas. Patriæ educãdi, q patrię nati sunt.

Quantumuis multas erigat statuas, q̃tumuis operosas tollat substructiões, nõ aliud pulchrius uirtutũ suaꝝ monumẽtum potest relinquere princeps, q̃ filiũ haudquaq̃ degenerẽ, q̃ patrem optimũ, optimis factis repręsentet. Nõ moriť, qui uiuã sui relinquit imaginem.

Deligat igitur ad hoc muneris, ex uniuerso suorum

Qualis deligendus institutor.

numero, aut etiam aſciſcat undecunq; uiros integros, in corruptos, graues, longo reꝝ uſu non mō pręceptiunculis doctos, quibus & ætas conciliet reuerentiam, & uitæ ſynceritas autoritatē, & moꝝ comitas ac iucūditas amorem ac beneuolentiam: ne uel inſtituentium acerbitate offenſus tenellus animus, prius incipiat uirtutem odiſſe q̄ noſſe, uel rurſus immodica indulgentia formantis corruptus, quò non oportet, degeneret.

Qualis principis institutor.

Cum in oīni inſtitutione, tū ꝓ potiſſimū in principis ea moderatio eſt adhibēda, ut præceptoris ſeueritas, ætatis premat laſciuiam, & nihilominus adiūcta moꝝ comitas leniat condiat'q; cohibentis acrimoniam.

Annotandū Senecę dictum.

Eiuſmodi debet eſſe futuri principis inſtitutor, ut (quē admodū eleganter à Seneca dictū eſt) & obiurgare norit citra contumeliā, & laudare citra adulationē: quem ille ſimul & reuereaẗ ob uitæ ſeueritatē, & amet ob morum iucunditatem.

A ſimili.

Principū nonnulli magna cura diſpiciūt, quibus equū inſignē, aut auem, aut canem curandū tradant: nihil aūt referre putant, cui filium formandū committant, quē ſę penumero talibus credunt præceptoribus, qualibus nemo plebeius paulo cordatior, ſuos liberos uelit cōcredere. At quid retulerat, filium genuiſſe imperio, niſi eundē cures educandum imperio?

Quæ nutrices, & qui colluſores adhibendi.

Ne nutricibus quidem quibuſlibet eſt cōmittendus imperio natus, ſed integris, & ad idipſum p̄monitis & edoctis: nec colluſoribus quibuſuis admiſcēdus, ſed bonæ uerecūdæ'q; indolis pueris, ac liberaliter ſancte'q; habitis & inſtitutis. Laſciuorū iuuenum, ebrioſorum, turpiloquorū, in primis autem adulatoꝝ turba procul ab huius auribus atq; oculis erit arcenda, dum nondū p̄ceptis confirmatus animus.

Corrupta educatio principis.

Cum pleraq; mortalium ingenia uergant in malum, ad hæc porrò nullum tam feliciter natum ingenium, q̄d peruerſa educatione nō corrumpatur: quid niſi magnū malum expectes ab eo principe, qui quocunque natus in-

genio (neque enim imagines, ut regnũ, ita mentem quoque præstant) statim ab ipsis incunabulis, stultissimis inficitur opinionibus, enutritur inter stultas mulierculas, adolescit inter lasciuas puellas, inter collusores perditos, inter abiectissimos assentatores, inter scurras & mimos, inter combibones & aleatores, ac uoluptatum architectos, iuxtà stultos ac nequam, inter quos nihil audit, nihil discit, nihil imbibit, nisi uoluptates, delicias, fastum, arrogantiam, auaritiam, iracundiam, tyrannidem: atq; ab hac schola mox adhibetur ad regni gubernacula.

Cũ cæterarũ artium optima quæq; sit difficillima, nulla autẽ neq; pulchrior ars, neq; difficilior, quã bñ regnãdi, cur ad hanc unã nullam desideramus institutionem, sed satis esse ducimus, natos esse? Maxime discenda regnandi ars.

Quæso quid exerceãt adulti nisi tyrannidẽ, qui pueri nihil etiam luserunt nisi tyrãnidem?

Vt omnes boni sint, uix etiã optari potest: at nõ difficile est, ex tot hoĩm milibus unum atq; alterũ deligere, qui probitate sapientiaq; præcellat, per quos compẽdio plurimi reddant boni.

Princeps adolescens diu suspectam habeat suam ipsius ætatem, partim ob rerũ imperitiam, partim ob immoderatos animi impetus: caueatq; ne quid magnæ rei tẽtet, nisi prudentium uirorũ consilio præcipue seniorũ, inter quos assidue uersari debet, ut iuuentutis impotentia, maiorum reuerentia temperet. Princeps adolescẽs.

Quisquis instituendi principis suscepit prouinciã, illud etiam atq; etiã secũ cogitet, sese rem haudquaquã uulgarẽ agere, sed oim ut longe maximam, ita longe periculosissimam. Et in primis animum adferat eo munere dignũ: neq; spectet quantum sacerdotiorũ illinc possit auferre, sed qua ratione possit patriæ suæ spes, ipsius credenti fidei, salutarem principem reddere.

Cogita moderator, quantum tuæ debeas patriæ, quæ tibi felicitatis suæ summam concredidit. In te situm est,

utrum illi malis salutare quoddam parare numen, an fatalem pestem ac luem immittere.

Officia prima formatoris regij.

Primum igitur sagaciter animaduertat is, cui suū puerum in gremium dedit respublica, quorsum iam tum uergat. Quandoquidem poteſt hoc quoq; in ea ætate notis quibusdam deprehendi, num propensior sit ad iracundiam, aut arrogantiam: num ad ambitionem, aut famæ sitim: num ad libidinem aut aleam, aut pecuniæ studium, nū ad uindictam aut bellum: nū ad impotentiā, aut tyrānidem. Deinde qua senserit illū procliuē ad uitiū, ea primū muniat aīm illius salubribus decretis, ac præceptis acc cōmodis: coneturq; sequax adhuc ingeniū, in diuersum habitum trahere. Rursum, qua deprehenderit naturam ad honesta procliuem, aut certe ad eiusmodi uitia, quæ facile detorquenť ad uirtutem, quod genus sunt fortassis ambitio & profusio, hac magis instet, & naturę commoditatem cultu adiuuet.

Inculcanda etiā q̄ honesta sint.

Neq; satis est, huiusmodi decreta tradere, quæ uel à turpibus auocent, uel inuitent ad honesta: infigēda sunt, infulciēda sunt, inculcāda sunt & alia atq; alia forma renouanda memoriæ, nunc sentētia, nunc fabella, nūc simili, nunc exemplo, nūc apophthegmate, nūc prouerbio, insculpenda anulis, appingenda tabulis, ascribenda stēmatis, & si quid aliud est, quo ętas ea delectať, ut undiq; sint obuia, etiam aliud agenti.

Optimis opinionibus imbuendus princeps.

Vehementer inflammant generosos animos exempla celebrium uiroꝝ: sed multo maxime refert, quibus opinionibus imbuātur. Ab his eñ fontibus oīs uitæ ratio proficiscitur. Quod si rudem puerum erimus nacti, tum ēnitēdum erit, ut statim q̄rectissimas ac saluberrimas imbibat, & ueluti pharmacis quibusdam aduersus uulgariū opinionum uenena præmuniatur. Sin obtinget plebeijs opinionibus nonnihil infectus, tū primā oportebit esse curam, ut paulatim illis libereť, pro reuulsis pestiferis, salutares inserendæ. Nam quemadmodum apud Senecam Ariston ait: Insano frustra præcipi, quomodo loqui de-

Primum oīm ē, eximere prauas opiniones.

beat, quomodo procedere, quomodo se gerere in publico, quō in priuato, nisi prius atrā bilem expuleris: ita frustra moneas de ratione gerēdi principatus, ni prius animum falsissimis quidem illis, sed tñ receptissimis, opinionibus uulgi liberaris.

Nec est q̃ resiliat, aut diffidat institutor, si forte ferocius aut intractabilius ingenium fuerit nactus. Cum enim nulla sit tam effera, tam immanis belua, quæ non mansuescat cura domitoris & industria: cur existimet ullum hoīs ingenium tam agreste, tam'q; deploratū, quod diligenti non mitescat institutione?

Rursum non est q̃ cessandum putet, si felicius ingeniū cōtigerit. Etenim quo melior est soli natura, hoc magis corrumpitur, & inutilibus herbis ac fruticibus occupat, ni uigilet agricola: itidem ingenium hoīs q̊ felicius, quo generosius & erectius, hoc pluribus ac tetrioribus obducitur uitiis, ni salubribus præceptis excolatur.

Ea littora solemus diligētissime communire, quæ uehementissimam fluctuum uim excipiunt. Sunt autem innumeræ res, quæ possint principū animos à recto dimouere: fortunæ magnitudo, rerum affluentia, luxus, deliciæ, libertas, qua quicquid libet, licet: exempla magnorū, sed stultorum principum, ipsi rerum humanarum æstus ac procellæ: super omnia uero adulatio, fidei ac libertatis fuco personata. Quo diligentius erit optimis decretis, laudatorum principum exemplis, aduersus hæc præmuniendus.

Quemadmodū non uno supplicio dignus sit, qui fontē publicum, unde bibant omnes, ueneno inficiat: ita nocētissimus est, qui principis animum prauis infecerit opinionibus, quę mox in tot hominum perniciē redundēt. ὁμοίωσις Plutarchi

Si capite plectitur, qui principis monetam uitiarit, quanto dignior est eo supplicio, qui principis ingenium corruperit?

Mature suum negotium aggrediatur institutor, ut teneris adhuc sensibus, semina uirtutum instillet, dū ꝓcul

abest ab omnibus uitijs animus, & in quemuis sequax ha bitum fingentis obtēperat digitis. Est sua & sapiētiæ in fantia, quēadmodum & pietati. Semper idē, sed aliâs ali ter agendum. Iam tum infantulo, fabellis amœnis, apo- logis festiuis, lepidis parabolis insinuet, quæ pòst gran- diori sit serio præcepturus.

Quis usus apologo- rum.

Vbi libenter audierit puellus Aesopicum apologum, de leone muris beneficio uicissim seruato, de colūba for micæ opera incolumi, ubi satis arriserit, tum præceptor adijciet, eā fabellam ad principē attinere, ne quem omni no despiciat, sed infimæ quoq; plebis animos sibi benefa ctis studeat adiungere, quod nemo sit adeo imbecillis, quin & per occasionem prodesse queat amicus, & noce- re inimicus, idq; potentissimis etiam.

Vbi satis riserit aquilā auiū reginā, à scarabæo uilissi- mo insecto penè funditus extinctā, illud addat ad huius exēplum, ne potētissimo qdem principi, q̄tumuis humi lē hostē aut prouocandum, aut negligēdum. Nā sæpenu mero ingenio nocere, qui uiribus non possint.

Quis usus fabulæ.

Vbi Phaetontis fabulā cum uoluptate didicerit, admo neat hanc esse principis imaginē, qui dum ætatis calore præceps, sed nulla adiutus sapientia rerū habenas capes- sit, suo pariter & orbis malo subuertit omnia.

Vbi Cyclopis ab Vlysse exoculati, denarrata erit fa- bula, addat ei Polyphemo simillimum principem, qui uiribus quidem polleat, careat autem sapientia.

Quis usus similium

Quis non libenter auscultet apum & formicarū politi am? Hæc ubi illecebra descenderit in animum puerilem, tum eliciat institutor, q̊d ad principis pertineat eruditi- onem, uelut illud, q̊d rex nunq̄ procul auolat, alis q̄ pro corporis portione minoribus, q̄ solus aculeo careat: ad- monens hoc esse boni principis, semper intra regni ter- minos uersari, & peculiarem huius laudem esse clemen- tiam: atq; ad eundem modum faciat & in cæteris. Neq; enim est huius instituti exempla persequi, sed rationem ac uiam indicare.

Principe[m] q[uam] d[eb]e[r]e procul a suo abesse.

Si qua uidebūtur acerbiora, ea formator orationis iucunditate leniat atq; edulcet. Laudet apud alios, sed honestis ac ueris titulis: obiurget priuatim, sed ita ut seueritatem admonitionis aliqua leniat suauitate, pręsertim si iam fuerit adultior.

Illud ante omnia ac penitus infigendum animo principis, ut de Christo q̄optime sentiat, huius dogmata cōmode collecta protinus cōbibat, idq; ex ipsis statim fontibus, unde nō solum purius hauriunt, uerūetiam efficacius. Hoc illi persuadeatur, quod ille docuit ad neminem magis pertinere, quàm ad principem. Christi decreta primū infigenda.

Magna pars multitudinis falsis ducitur opinionibus, nec secus atq; hi, qui in specu Platonico uincti desident, inanes rerum umbras pro ueris rebus admirātur. At boni principis partes sunt, nihil horum mirari, quę uulgus hominū magni facit, sed omnia ueris malis, ac ueris bonis metiri: nihil autem esse uere malum, nisi quod cū turpitudine coniunctum sit: nihil uere bonum, nisi quod cū honestate copulatum. Nihil bonū pręter unā uirtutem.

Statim igitur hoc agat moderator, ut uirtutem ceu rē oim pulcherrimam ac felicissimam, & pręcipue principe dignam, amet ac suspiciat. Turpitudinem ceu rem fœdissimam ac miserrimam execretur horreatq;.

Ne consuescat puer ille regno destinatus, suspicere diuitias, ut rem eximiam, per fas ac nefas expetendā: discat istos non esse ueros honores, qui uulgo uocētur. Verum honorem decus esse, quod uirtutem & recte facta suapte sponte consequatur: & tāto consequatur illustrius, quanto minus fuerit affectatum. Qui ueri honores.

Voluptates istas plebeias, adeo non esse dignas principe, & Christiano principe, ut uix hominē deceant. Ostēdatur aliud esse uoluptatis genus, quod syncerum ac perpetuum in omnem usq; uitam homini duret. Quę uerę uoluptates.

Audiat nobilitatem, imagines, ceras, stemmata, & totam illam caduceatorum pompam, qua procerū uulgus muliebriter intumescit, noīa esse inania: nisi q̨cquid est

hoc nominis, ab honesto fuerit profectum.

Principis dignitatem, amplitudinem, maiestatem, nō fortunę strepitu, sed sapientia, integritate, recte factis parandam ac tuendam esse.

Mortem non esse formidandam, nec in alijs deplorandam, nisi fuerit turpis. Non enim esse feliciorem, qui diutius uixerit, sed qui honestius. Recte factis, nō annis metiendam longæuitatem. Neq; quicq̄ ad hominis felicitatē interesse, q̄diu uiuat, sed quàm bene.

Propter seipsa expetenda honesta.

Virtutem ipsam abunde magnū sui præmium esse. Boni principis esse munus, uel sua morte, si fors ita res tulerit, populi commodis consulere. Nec perire principē, qui huiusmodi immoriatur negotio. Deniq; quæcunq; uulgus uel amplectitur tanquam iucunda, uel suspicit tanquam splendida, uel sequitur tanquam utilia, sola honesti regula esse metienda. Contrà, quæcunq; uulgus uel horret ut acerba, uel fastidit ut humilia, uel fugit ut damnosa, non aliter esse fugienda, nisi si fuerint cum dedecore coniuncta.

Hæc infigantur animo principis futuri, hæ ceu leges sanctissimæ, καὶ ἀκίνιτοι tenello pectusculo insculpantur. His titulis audiat laudari multos, audiat alios diuersis reprehendi, ut iam tum assuescat ex optimis rebus ueram sperare laudem, & ex uere turpibus ignominiam detestari.

At hic protinus reclamabit, ex aulicis istis nugonibus quispiam, quauis muliere tum stultior, tum corruptior: Tu philosophū nobis formas, nō principē. Imò principē fingo, cum tu pro principe uappam malis tui similē. Ni philosophus fueris, princeps esse non potes, tyrānus potes. Principe bono nihil est melius, tyrannus eiusmodi belua est, ut non sit aliud sub sole portentum, neq; noxium æque, neq; magis inuisum omnibus.

Sentētia Platonis.

Ne putaris temere dictum à Platone, & à laudatissimis laudatum uiris, ita demum beatam fore rempubli. si aut philosophētur principes, aut philosophi capessant prin

cipatũ. Porrò philoſophus is eſt, non qui dialecticen aut phyſicen calleat: ſed qui contemptis falſis rerum ſimulacris, infracto pectore, uera bona & perſpicit, & ſequitur. Vocabulis diuerſum eſt, cæterũ re idem eſſe philoſophũ, & eſſe Chriſtianum.

Quid ſtultius q̃ his artibus metiri principẽ, ſi belle ſaltitet, ſi dextre ludat alea, ſi gnauiter potitet, ſi faſtu turgeat, ſi regaliter expilet populũ, ſi cætera faciat quę nos pudet referre, cum quoſdam haud pudeat facere? Quid uere dignũ principe.

Quãtopere principum uulgus ſtudet abeſſe à cultu uictu'q; plebeio, tãtopere uerus princeps debet abeſſe à ſordidis opinionibus ac ſtudijs uulgi, imò ſolum hoc ſordidum, uile, ſe'q; indignũ ducat, cum plebecula ſentire, cui nunq̃ optima placuerunt. Excellentia principũ in quibus ſita.

Cogita quæſo quàm ſit abſurdum, gemmis, auro, purpura, ſatellitio, reliquis'q; corporis ornamentis, ceris, & imaginibus, plane'q; bonis non tuis, omneis tanto interuallo ſuperare, ueris animi bonis multis è media fece plebis inferiorem conſpici.

Princeps qui gemmas, aurum, purpuram, ac reliquam fortunæ pompam ciuibus ſuis oſtentat, quęſo quid aliud quàm ſuos id ſuſpicere mirari'q; docet, unde omnium ferme maleficiorum ſentina naſcitur, quæ principum legibus puniuntur? Exemplũ in principe,

In alijs frugalitas, aut mundities uel inopiæ tribui poteſt, uel parſimoniæ, ſi quis iniquius interpretet. At eadẽ in principe nihil aliud eſſe poteſt, quàm temperãtiæ documentum, cum his rebus modice utitur, cui quantum libet, tantum ſuppetit.

Qui conuenit eundem irritare uitia, qui punit admiſſa? & nõne turpiſſimum ſit, ſi quis ea ſibi permittat, quæ uetet ab alijs fieri?

Si te uoles excellentem principem oſtendere, uide ne quis te proprijs ſuperet bonis, ſapientia, animi magnitudine, temperantia, integritate. Sin tibi uiſum erit, cum alijs certare principibus, nõ ita te ſuperiorem exiſtimes,

ſi quam illis ditionis partem ademeris, aut copias fude-ris: ſed ſi fueris quàm illi ſunt incorruptior, ſi minus auarus, ſi minus arrogans quàm illi, ſi minus iracũdus, ſi minus præceps quàm illi.

Tria nobilitatis genera.

Principem ſumma decet nobilitas. Eſto, uerum cum tria ſint nobilitatis genera, unum quod ex uirtute, rectéque factis naſcitur, proximum quod ex honeſtiſſimarum diſciplinarum cognitione proficiſcitur, tertiũ quod natalium picturis & maiorũ ſtemmatis æſtimatur, aut opibus: cogita quàm non cõueniat principem infimo genere nobilitatis intumeſcere, quod ſic infimum eſt, ut nullum omnino ſit, niſi & ipſum à uirtute fuerit profectum: ſummum illud negligere, quod ita ſummum eſt, ut ſolũ optimo iure poſſit haberi.

Si clarus uideri ſtudes, ne oſtentes ſculptas aut coloribus adumbratas imagines, in quibus ſi quid ueræ laudis eſt, id pictori debet, cuius ingenium & induſtriã arguũt: Quin potius uirtutis monumẽta moribus exprimito.

Inſignia principũ quid moneant.

Si cætera deſint, uel ipſa tuæ celſitudinis ornamenta monere te poſſunt officij. Quid ſibi uult unctio, niſi ſummã in principe lenitatem ac manſuetudinem, ꝙ ferè magnæ potentiæ comes eſſe ſoleat crudelitas? Quid aurum indicat, niſi ſingularẽ ſapientiã? Quid gemmarum fulgor, niſi uirtutes eximias, minimeq́ue plebeias? Quid ardens purpura, niſi ſummã erga rempublicã charitatẽ? Quid ſceptrum, niſi tenacem iuſtitiæ animum, & nullis auocamentis à recto deflectẽtem? Cæterum ab hiſce rebus ſi quis longiſſime abſit, ei nõ ornamenta ſunt hæc ſymbola, ſed uitiorum exprobramenta.

Animus principẽ facit non cultus.

Si torques, ſi ſceptrum, ſi purpura, ſi ſatellitium regẽ faciũt, qd tandẽ uetat pro regibus haberi tragœdiarum hiſtriones, qui iiſdem ornati prodeũt in ſcenam?

Vis ſcire quid principem ab hiſtrione ſecernit? nempe animus principe dignus, hoc eſt, in rempublicam paternus. Hac lege populus in tua iurauit uerba.

Diadema, ſceptrum, trabea, torques, baltheus, in bo-

no principe aut uirtutum insignia sunt, aut symbola, in malo uitiorum notæ.

Quo turpius est, hoc magis erit cauendum, ne talis sit princeps, quales olim fuisse permultos legimus, & utinã hodie nullos uidere sit: quibus si regium detraxeris ornatum, & aduentitijs nudatos bonis, ad suam cutem redegeris, iam nihil relinquas, præter egregium aleatorẽ, inuictum potorem, acrem expugnatorem pudicitiæ, uaferrimum impostorem, insatiabilem expilatorem, periurijs, sacrilegijs, perfidijs, omniq́ꝫ facinorum genere coopertum hominem.

Quoties uenit in mentem, te principem esse, pariter succurrat & illud, te Christianum esse principem, ut intelligas te à laudatis quoqꝫ ethnicoꝝ principib⁹ tm̃ oportere abesse, quantũ abest ab ethnico Christianus.

Neqꝫ uero putes securã aut delicatam Christiani professionẽ, nisi fortè leue putas sacramentũ, quod æque cũ oĩbus in baptismo iurasti semel, oĩbus renuntiare, quæ satanæ placent, & Christo displicent. Displicent aũt quæcunqꝫ ab euangelicis decretis abhorrent. Magna Christianoꝝ oĩm professio.

Sacramenta Christi tibi cum alijs communia sunt, & doctrinam non uis esse communem? In Christi uerba iurasti, & in Iulij aut Alexandri Magni mores digrederis? Præmium tibi postulas esse cõmune, & illius decreta nihil ad te pertinere putas?

At rursum ne putaris Christum sitũ esse in ceremonijs, hoc est, in præceptis duntaxat utcunqꝫ seruatis, & ecclesiæ cõstitutionibus, Christianus est, non qui lotus est, nõ qui unctus, non qui sacris adest, sed qui Christum intimis complectitur affectibus, ac pijs factis exprimit. Quis uere Christianus.

Caue ne quando sic tecum cogites, cur ista mihi canũtur? non sum priuatus, non sum sacerdos, nõ sum monachus: sed illud cogita, Christianus sum & princeps. Christiani est, ab omni turpitudine prorsus abhorrere. Principis est, integritate prudentiaq́ꝫ cæteros antecellere. Antithesis.

Si hoc à tuis exiges, uti leges tuas agnoscant, & cogni

Princeps theolog⁹

tas seruent, multò magis à teipso debes exigere, ut Christi imperatoris tui leges ediscas & obserues.

Desertor.

Si iudicas infame crimē, & cui nullum suppliciū par inueniri possit, ab imperatore desciscere, qui semel in illius uerba iurarit: cur ipse tibi ignoscis, lusum ac iocū existimans, quoties edicta Christi negligis, in cuius uerba iuratum est in baptismo, cui nomen dedisti, cuius sacramētis adactus es & autoratus?

Dilēma.

Si hęc serio fiunt, cur pro ludo ducimus? sin ludus est, cur Christi titulo gloriamur? Mors æqua est oibus, mendicis iuxta ac regibus. At post mortem iudicium haud æquum est omnibus, in quo cum nullis seuerius agetur, quàm cum potentibus.

Quid in principe pcipuū.

Ne putaris te Christum satis tibi demeriturum, si classem miseris in Turcas, si sacellum aut monasteriolū extruxeris. Non alio officio potes magis tibi conciliare deum, quàm si populo salutarem præstes principem.

Christiani principis crux.

Caue ne te fallant adulantium uoces, qui ita dictitant: huiusmodi præcepta non ad principes, sed ad ecclesiasticos quos uocant, pertinere. Princeps non est sacerdos, fateor, & ideo non consecrat corpus Christi: nō est episcopus, ac proinde non concionatur apud pplm de Christi mysterijs, nec administrat sacramenta. Non est professus institutum diui Benedicti, & ob id non gestat cucullam. Verum quod his omnibus maius est, Christianus est. Nō Francisci, sed ipsius Christi institutū professus est, ab hoc candidam accepit uestem. Cum cęteris Christianis certet oportet, si cum cæteris tāta sperat prēmia. Aut tua crux tibi quoq; tollenda est, aut nō agnoscet te Christus. Quę tandem mea crux inquies? Dicam, dū quod rectum est sequeris, dum nemini uim facis, neminē expilas, nullū uēdis magistratum, nullo munere corrumperis: nimirū minus habebit tuus fiscus. Cōtemne fisci detrimentum, dūmodo lucrum facias iustitiæ. Adhæc, dū modis omnibus reipub consulere studes, solicitā agis uitā, fraudas ætatē ac genium tuū uoluptatibus, maceras te uigilijs ac labo-

ribus. Neglige & oblecta te conſcientia recti. Item dum ferre mauis iniuriam quàm magno reipub. detrimento ulciſci, fortaſſe decedit nõnihil imperio tuo: feras, illud abunde magnum lucrum ducens, ꝙ paucioribus nocueris. Solicitant animum tuũ priuati affectus, quod genus, ira cõtumelijs cõmota, aut uxoris amor, aut inimici odium, aut pudor, ut facias qđ abhorret à recto, & quod ex uſu reipub. non ſit: uincat honeſti reſpectus, uincat utilitas publica priuatos animi motus. Deniq; nõ potes tueri regnũ, niſi uiolata iuſtitia, niſi magna ſanguinis humani iactura, niſi religionis ingenti diſpendio: depone potius ac cede tẽpori. Nõ potes ſuccurrere rebus tuoꝝ, niſi uitę tuæ ꝑiculo: Publicã ſalutẽ antepone uitæ. At dũ hæc agis, quæ uere principis ſunt Chriſtiani, erunt fortaſſis q te ſtupidum dicãt, parumq; principem. Obfirma animũ ut malis eſſe uir iuſtus, quàm princeps iniuſtus. Vides opinor, ꝙ nec regibus ſummis deſit ſua crux, ſi qđ oportet, ubiq; rectum ſequi uelint.

In alijs nonnihil conceditᷓ adoleſcentiæ, aliquid donatur ſenectuti: error illi, huic otiũ & ceſſatio. At qui principis munus ſuſcepit, quãdoquidem omnium agit negotium, nec adoleſcentẽ eſſe licet, nec ſenem: propterea qđ non niſi magno plurimoꝝ malo errat, nec ſine grauiſſima pernicie ceſſat in officio. Principi errãti nõ datᷓ uenia

Miſeram prudentiam dixere ueteres, quæ reꝝ experimentis comparatᷓ, propterea ꝙ hanc ſuo quiſq; malo cõſequitur. Hanc igitur oportet ꝙ longiſſime abeſſe à principe: quæ ut ſeruis, ita non ſine immenſis totius populi malis contingit. Miſera prudẽtia

Si recte dixit Aphricanus, indignam uiro ſapiente uocem eſſe, Non putaram: quãto magis indigna uidebitur principe, quæ cũ ipſi magno, tũ nimio conſtat reipublicæ? Semel fortaſſe temere ſuſceptum bellũ à iuuene belli imperito, durat in annũ uigeſimũ. Quãtum hinc maloꝝ omniũ mare? Tãdem reſipiſcens, nimium ſero dicit: Non putaram. Semel ad priuatos affectus, aut ad preces ali- Non putaram.

quorum, corruptos instituit magistratus, qui totam reipub. disciplinam subuertunt. Sentit tandem, & non putaram, inquit. At ista prudentia nimio emetur patriæ, si tanti cætera omnia erunt emenda.

Proinde principis animus ante omnia decretis ac sententijs erit instruendus, ut ratione sapiat, non usu. Porro rerum experientiam, quam ætas negauit, seniorum consilia supplebunt.

Princeps ne sibi indulgeat.

Ne tibi putes licere, quicquid libuerit quod stultæ mulierculæ & adulatores solent principibus occinere: uerũ ita temetipsum instituas, ut non libeat nisi q̊d licet, imò nec hoc tibi licere credas, q̊d licet priuatis. Quod in alijs error est, in principe flagitium est.

Quod tibi plus licet per alios, hoc minus ipse tibi permittas oportet, & hoc in teipsum sis seuerior, q̊ magis indulgent omnes: ipse tibi sis censor acerrimus, etiam cum applauserint omnes.

Periculosum principis mali exẽplũ.

Tua in conspicuo uita est, latere non potes: at magno omniũ bono, bonus sis necesse est, aut magna omnium pernicie malus.

Quo plus honorum tibi defertur ab omnibus, hoc impensius operam da, ne deferantur indigno. Vt nullus par meritis honos, aut gratia repẽdi põt bono principi: ita cõtrà, malo nullũ satis meritis dignũ suppliciũ.

Vt nihil est in rebus humanis, sapiẽte bonoq; monarcha magis salutare: ita è diuerso, stulto maloq; nihil põt existere pestilentius.

Nullius pestilentiæ neq; citius corripit, neq; latius serpit contagium, q̃ mali principis. Contrà, non alia breuior aut efficacior ad corrigẽdos populi mores uia, quàm principis incorrupta uita.

Vulgus nihil imitatur libentius, q̃ quod à suo principe fieri conspexerit. Sub aleatore, passim ludit alea, sub bellaci bellaturiũt omnes, sub comessatore luxu diffluũt, sub libidinoso lenocinantur, sub crudeli deferunt & calumniant. Euolue ueterũ historias, reperies semper eius-

modi fuisse seculi mores, cuiusmodi fuerat pricipis uita. Nullus cometes, nulla uis fatalis sic afficit res mortalium, ut uita principis rapit ac transformat mores & animos ciuium.

Plurimum ad id habent momenti studia moresq; sacerdotum & episcoporum, fateor, sed multo magis principum: nam illos citius calumniantur homines, si forte mali fuerint, quàm imitantur si boni sint. Quemadmodum monachi non admodum incitant ad imitationem sui, si pij sint, quod id modo præstare uideantur, quod profitentur. Cæterum si impij, uehementer offendunt omnium animos. Ad principis autem ęmulationem nemo non extimulatur.

Principis exemplũ efficacisſ.

Princeps uel ob hoc ipsum cauere debet ne malus sit, ne tã multos exẽplo suo reddat malos. Et uel ob hoc studebit esse bonus, q̊ tam multos efficiat meliores.

Princeps salutaris, ut erudite dictũ est à Plutarcho, uiuũ q̃ddam est dei simulacrũ, qui simul & optimus est, & potentissimus, cui bonitas hoc præstat, ut omnibus prodesse uelit, potẽtia, ut quibus uelit, possit quoq;.

Bon⁹ prĩceps dei imago.

E diuerso malus ac pestilens princeps, mali dæmonis imaginem repręsentat, cui multum adsit potentiæ, cum summa malitia coniũctum. Quicquid habet uiriũ, id omne consumit ad calamitatem humani generis. An nõ huiusmodi qdam orbis malus geni⁹ fuit Nero, an nõ Caligula, an non Heliogabalus? quorũ non solũ omnis uita pestis quædam mundi fuit, sed ipsa etiam memoria publicæ mortalium execrationi est obnoxia.

Malus' diaboli.

At tu qui Christianus etiam es princeps, cum audis aut legis te dei simulacrum esse, te dei uicarium esse: caue ne quid hinc intumescas animo, quin potius ea res te magis solicitum reddat, ut respondeas archetypo tuo, pulcherrimo quidem illi, sed quod assequi sit difficillimum, non assequi turpissimum.

Theologia Christianorum tria præcipua quædam in deo ponit, summam potentiam, summam sapientiam,

10

Tria in principe, quemadmodum in deo.

summam bonitatem. Hunc ternarium pro uiribus absoluas oportet. Nam potentia sine bonitate, mera tyrannis est: sine sapientia, pernicies, non regnum. Primum igitur des operam, ut quandoquidem potentiam fortuna dedit, quàm maximam sapientiæ uim tibi compares, ut unus omnium optime quid expetendum, quidue fugiendum sit perspicias: deinde, ut quàmmaxime prodesse studeas omnibus, nam id est bonitatis. Potestas autem ad hoc potissimũ tibi seruiat, ut quantũ cupis ꝓdesse, tantũdem & possis, imò plus uelis, q̃ possis. Porro nocere hoc minus uelis, quo magis potes.

Princeps bonis amabilis.

Deus amatur à bonis omnibus, non timetur nisi à malis, hoc duntaxat genere timoris, quo quis timet, ne sibi noceatur: ita bonus princeps nulli debet esse formidabilis, nisi sontibus ac scelerosis: at ita rursus, ut his q̊que spes ueniæ reliqua fiat, si modo fuerint sanabiles. Ex aduerso, cacodæmon amatur à nemine, formidat ab omnibus, præcipue bonis: nam malis cũ illo cõuenit, ita tyrannus optimis quibusq; maxime est inuisus, & nullus est ab hoc minus alienus, q̃ qui pessimus est.

Perspexisse uidetur hæc diuus ille Dionysius, qui treis fecit hierarchias, ut quod deus est inter cælitũ ordines, id episcopus sit in ecclesia, id princeps in repub. illo nihil melius, & ab eo uelut à fonte manat in alios, quicqd boni possidet. Vehementer igitur absurdum uideatur, si ab eo maxima reipu. malorum pars oriatur, ubi fontem bonorum oportebat esse.

Summa spes consilij in prĩcipe.

Populus suapte natura tumultuatur, magistratus facile corrumpit, aut auaritia, aut ambitio. Vna superest ueluti sacra ancora, incorruptus principis animus: quod si is quoq; stultis opinionibus, prauisue affectibus uitiatus est, quæ tandem potest esse reip. spes?

Collatio dei & prĩcipis boni

Deus cum sit in omnia beneficus, ipse nec eget ullius officio, nec requirit bñficium, ita ꝟe magni principis ẽ, & æterni principis imaginẽ referentis, ul' gratis bñmereri de omnib, nullo uel emolumenti ul' gl'iæ respectu.

Deus ut pulcherrimum sui simulacrum in cælo constituit solem, ita inter homines euidentem ac uiuam sui collocauit imaginem, regem. At sole nihil communius, ac cæteris item corporibus cælestibus lucem suam impartit: ita princeps publicis usibus maxime debet esse expositus, & natiuum sapientiæ lumen habere domi, ut etiam si quid cæcutiant cæteri, nunquam tamen ille hallucinetur. Qd' sol mũdo id princeps reipub.

Deus cum nullis tangat affectibus, tamen optime mũdum administrat iudicio. Ad huius exemplum princeps in omnibus quæ gerit, exclusis animi motibus, rationẽ & animi iudicium debet adhibere. Princeps oĩa agat iudicio, affectu nihil.

Deo nihil sublimius, ita principem oportet ab humilibus uulgi curis, ac sordidis affectibus quàmlongissime semotum esse.

Vt deum omnia moderantem, nemo tamen cernit, sed sentit, idq; beneficio adiutus: ita patria non sentiat principis uires, nisi cum illius sapientia bonitateq; subleuatur. Contrà tyranni nusquam sentiuntur, nisi omnium malo. Annotandum.

Sol cum altissime prouectus est in zodaico, tum tardissimi motus est, ita quo fortuna te subuexerit altius, hoc oportet animo leniori, minusq; feroci esse. Longanimitas.

In hoc præstanda est uera animi celsitudo, non ut nihil contumeliæ pati possis, non uti neminem feras te regnare latius, sed uti dedigneris quicquã admittere principe indignum. Vera magnanimitas.

Cum omnis seruitus & misera est & fœda: tum uero fœdissimum simul & miserrimum seruitutis genus, seruire uitijs aut sordidis affectibus. Vera seruitus.

[Quid quęso turpius aut abiectius, quàm libidini, iracũdiæ, auaritiæ, ambitioni, alijsq; id genus insolentissimis dominis seruire eum, qui sibi uindicat imperium in homines liberos?

Quàm absurdum sit, cum apud ethnicos fuisse constet, qui maluerũt sibi necem consciscere, quàm cum hu Codrus & Otho.

mani sanguinis iactura tueri imperium, quique reipublicæ commoditatem antepo suerint suæ uitæ, Christianũ principem tanta reipublicæ pernicie, uoluptatibus aut affectibus uitiosis consulere?

Cum principatum suscipis, ne cogita quantum accipias honoris, sed quantum oneris ac solicitudinis, neq; censum ac uectigalium modũ expende, sed curã: nec arbitreris tibi prædam obtigisse, sed administrationem.

Nova Plato. snia.

Nullus imperio gerendo cẽsetur idoneus, autore Platone, nisi qui coactus & inuitus suscipit imperium. Quisquis enim affectat principis munus, is aut stultus sit necesse est, qui non intelligat quàm solicita, quamq; periculosa res sit, recte fungi regis officio: aut adeo uir malus, ut in animo habeat sibi gerere imperium, nõ reipublicæ: aut adeo socors, ut nõ expendat onus q̊d suscipit. Oportet autem hunc qui sit idoneus regno, simul & diligentem esse, & bonum & sapientem.

Quo ditionẽ suscipis ampliorem, caue ne hoc tibi uideare fortunatior, sed memineris te hoc plus curarũ ac solicitudinum in humeros suscipere, ut min⁹ iam indulgendum sit ocio, minus dandum uoluptatibus.

Qui sibi gerit pricipatũ tyrannus ẽ.

Ii demum principis titulo digni sunt, non qui rempublicam sibi, sed se reipublicæ dicant. Etenim qui sibi gerit imperium, & omnia suis metitur commodis, is non refert qbus ornetur titulis, certe re tyrannus ẽ, nõ princeps. Vt autem nulla pulchrior appellatio, quàm principis, ita nulla inuisior, & omnium sensibus execratior, quàm tyranni.

Hoc interest inter principem ac tyrannum, q̊d inter propitium patrem, & immitem dominum. Ille cupit etiam uitam libris suis impendere, hic nihil aliud spectat, q̃ suum emolumentum, aut animo suo morem gerit, non suorum commodis cõsulit.

Neq; tuo sit animo satis, si rex aut princeps dicaris. possederunt hos titulos & orbis pestes Phalaris ac Dionysius: sed apud tuum ipsius animum expẽdito, quid sis.

Vere ſiquidem à Seneca dictum eſt, tyrannum à rege di-ſtare factis non nomine.

Id ut compendio dicam, hac nota principem à tyranno diſtinguit in politicis Ariſtoteles, quod hic ſuis ſtudet cōmodis, ille reipublicæ. Princeps quacūqꝫ de re deliberans, illud ſemper in animo ſpectat, nū expediat uniuerſis ciuibus. Tyrannus illud cōſiderat, an ſibi cōducat, princeps etiam ſuū agens negocium, tamen potiſſimum ſuorum ſpectat utilitatem. Contrà tyrannus ſi quando bene meretur de ciuibus, tamen hoc ipſum ad priuatam ſuam refert utilitatem.

Qui ſuos eatenus curant, quatenus expedit proprijs cōmoditatibus, ij nō alio loco ciues ſuas habent, ꝗ uulgꝰ hominū equos & aſinos. Nam hos ꝗqꝫ curāt illi, ſed oēm curationē ſuis, nō illorū uſibus metiuntur. Cęterum qui rapacitate deglubūt populum, aut crudelitate laniant, aut ob ambitionem ſuam periculis omnibus obijciunt, ij peiore loco ciues habent liberos, quàm uulgus empta iumenta, aut laniſtæ ſua mancipia.

Curabit igitur qui principem inſtituit, nominum etiam ipſorum odium inſtillare futuro principi, tyrannidis ac dominij, frequenter execrans humano generi deteſtata uocabula: Phalaridis, Mezentij, Dionyſij Syracuſani, Neronis, Caligulæ, Domitij, qui deus ac dominus dici uoluerit.

Qui nobiles tyrannide.

Contrà ſi qua ſunt exempla bonorum principum, qui uehementer abſint ab imagine tyranni, ea cum fauore & laude crebrò ſtudeat proponere. Deinde utriuſqꝫ uelut imaginem quandam depingat, & quoad poterit, oculis animoqꝫ reprę́ſentet, regis ac tyrāni, ut ad illam magis inflāmetur, ab hac uehementius abhorreat.

Deliniet igitur cæleſte quoddam animal, numini ꝗ homini ſimilius, omnibus uirtutum numeris abſolutū, omnium bono natum, imò datum à ſuperis ſubleuandis rebus mortalium, quod omnibus proſpiciat, omnibus cōſulat, cui nihil ſit antiquus, nihil dulcius republica: cui

Pictura boni principis.

plusq̃ paternus sit in omneis animus, cui singulorum ui ta charior sit q̃ sua, quod nocteis ac dies nihil aliud agat, nitaturq́ue, quàm ut optime sit omnibus, apud quem præmia parata sint bonis omnibus, malis uenia, si modo sese ad frugem meliorem referant, quod adeo gratis cupiat de ciuibus suis bene mereri, ut si necesse sit, non dubitet suo periculo illorum incolumitati consulere, quod patriæ cõmodum, suum ducat esse lucrum: quod semper uigilet, quo cæteris liceat altum dormire; quod sibi nullũ relinquat ocium, quo patriæ liceat in ocio uitam agere: quod se iugibus curis discruciet, quo ciuibus suppetat trãquillitas. A cuius unius uirtute publica pendeat felicitas. Et hanc admoneat esse ueri principis imaginem.

Pictura mali prĩcipis.

Ex aduerso subijciat oculis, immanem quandam ac tetram beluam è dracone, lupo, leone, uipera, urso, similibusq́ue conflatã portentis, undique sexcentis armatã oculis, undique dẽtatã, undique metuẽdã adũcis unguib. uẽtre insatiabili, humanis saginatã uisceribus, humano sanguine temulentam, quæ peruigil, omnium fortunis uitæq́ue imminceat, infensam omnib[9], sed præcipue bonis, fatale quiddam totius orbis malum, quam execrentur & oderint uniuersi, qui bene uelint reipublicæ, quæ nec ferri possit ob immanitatem, nec tolli sine magna orbis ruina, ob p̃sidijs & opibus armatam malitiam.

Et hanc esse tyranni imaginem, aut si quid hac quoque fingi possit odiosius. Huiusmodi portentũ erat Claudi[9], hmõi Caligula, huiusmodi poetarũ quoque fabulæ fingũt Busyridem, Pentheum, ac Midam, quorum nomina iam ĩn publicum generis humani odium abiere.

Differentiæ regis ac tyranni.

Tyranno propositum est sequi, quicquid animo collibuit: regi contrà, quod rectum sit & honestum. Tyranni præmium diuitiæ: regis honos, qui uirtutem consequit. Tyrannus administrat metu, dolo, ac malis artibus: rex sapientia, integritate, beneficentia. Tyrannus sibi gerit ĩmperium, rex reip. Tyrannus barbarico satellitio & cõductitijs latronibus tuetur incolumitatem suam: rex se

ſuā erga ciues beneficentia, & ciuium erga ſe beneuolen tia ſatis tutum putat. Tyranno ſuſpecti ſunt & inuiſi qui cunq; ciuium uirtute, prudentia, aut autoritate pollēt: At hos rex, ut adiutores & amicos potiſſimum amplecti tur. Tyrannus aut ſtupidis delectatur, quibus imponat: aut ſceleratis, quibus ad ſuæ tyrannidis præſidium abu tatur, aut adulatoribus, à quibus audiat, quæ libenter fa cit. Contrà regi ſapientiſſimus quiſq; gratiſſimus eſt, cu ius conſilio poſſit iuuari, quo quiſq; melior eſt uir, hoc pluris facit, q̊d huius fidei tuto poſſit credere, & liberos amat amicos, quorū conſuetudine reddatur melior. Et regum ac tyrannorum multæ ſunt manus, multi oculi, ſed longe diuerſa membra. Tyrannus hoc agit, ut ciuiū opes ad paucos, eoſq; peſſimos conferantur, & attenua tis ſuorum uiribus, ſuam cōmuniat potētiam: Rex hoc maxime in ſuo fiſco eſſe ducit, q̊d in ære ſit ciuiū. Tyran nus hoc agit, ut omnes ſibi legibus aut delationibus ha beat obnoxios: rex libertate ciuium delectatur. Tyran nus metui ſtudet, rex amari. Tyrannus nihil æque ſuſpe ctum habet, atq; ciuium bonorum, & ciuitatū concordi am, qua præcipue gaudent boni principes. Tyrānus gau det inter ciues factiones ac diſſidia ſerere, & ſimultates forte fortuna abortas, diligenter alit ac prouehit, atque his rebus ad ſuæ tyrannidis communitionem abutitur. At hoc unicum regi ſtudium eſt, ciuium concordiam ale re, & ſi quid ortum fuerit diſſenſionis, continuo rem in ter eos componere: nimirum qui intelligat hanc eſſe grauiſſimam rerum publicarum peſtem. Tyrannus ſi ſen ſerit florere rempublicam, repertis titulis, aut immiſſis etiam hoſtibus, bellum excitat, ut hac occaſione uires ſu orum attenuet. Contrà rex omnia facit ac patitur, quo pacem publicam reddat perpetuam, intelligens ex bel lo ſemel omnia reipub. mala proficiſci. Tyrannus leges, conſtitutiones, edicta, fœdera, deniq; ſacra profanaq; ad ſui capitis tutelam aut inſtituit, aut pertrahit. Rex hæc omnia publico metitur bono.

Tres artes tyrannorũ sceleratissimę.

Huiusmõi plurimę sunt tyrãni uł notæ uel artes, quas Aristoteles in libris politicis fusius exequitur. Verum harum omnium summam in tria contrahit. Primum ait tyranno studiũ esse, ne uelint, aut ausint ciues aduersus tyrannidem insurgere. Proximum ne sibi inter se fidant. Tertium, ne quid possint nouarum rerum moliri. Primũ efficit, dum modis omnibus agit, ut ciuibus quàmminimum sit animi, minimumq́; sapiẽtiæ, dum eos seruiliter habet, & aut sordidis addictos officijs, aut delationibus obnoxios, aut uoluptatibus effœminatos. Scit enim generosos & erectos animos indigne ferre tyrannidem. Secundum efficit, dum agit ut ciues inter se diffideant mutuis odijs, & alius alium deferat, ipse interim suorũ malo potentior. Tertium assequitur, dum opes & autoritatem suorum, & maxime bonorum uirorum modis omnibus attenuat, eo quod nemo sanus aggredi uelit, qd' desperet posse confici.

Ab his oĩbus studijs princeps q̃longissime absit oportet, imò prorsus ἐκ διαμέτρου, quod dici solet, diffideat, p̃sertim princeps Christianus. Etenim si talem pinxit Aristoteles, primum ethnicus, deinde philosophus, inter illos quoq; non perinde sanctus ac doctus, quanto magis id præstare oportet eum, qui Christi fungatur uice?

Quin ex ipsis mutis animãtibus regis ac tyranni simulacrum colligere licet. Apum regi amplissimũ cubile est, sed id in medio, ueluti tutissimo regi loco. Atq; ipse quidem onere uacat, uerũ exactor est alienorum operũ. Hoc amisso, totum examen dilabitur. Præterea insignis regi forma est, dissimilisq́; cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Sed hac, ut inquit Seneca, nota potissimum à cæteris distinguit, quod cum apibus plurimum sit iracundię, adeo ut aculeos in uulnere relinquant, solus ipse rex aculeo caret. Noluit illum natura nec sæuum esse, nec ultionem magno cõstaturam petere, telumq́; detraxit, & irã eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est.

Iam si tyranni quæris imaginem, leonem, ursum, lupum, aut aquilam cogita, quæ laniatu uiuunt ac præda: ut quoniam intelligũt sese omnium odijs obnoxia, omnium insidijs peti, præruptis locis se continent, aut specubus & solitudinibus abdunt sese: nisi quod horum quoque sæuitiam superat tyrannus. Dracones, pardi, leones, cæteraque immanitatis damnata crimine animãtia, à suo genere temperant, & tuta est inter feras similitudo morũ. At tyrannus, homo in homines, ciuis in ciues potissimũ feritatem suam exercet.

Tyranni feris immitiores.

Quin etiam in literis diuinis deus tyranni simulacrũ depinxit his uerbis: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis: Filios uestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & præcursores quadrigarum suarũ, ut cõstituat sibi tribunos & cẽturiones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruũ suorum. Filias quoque uestras faciet sibi unguẽtarias, & focarias, & panificas. Agros quoque uestros, & uineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes uestras, & uinearũ redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Seruos etiã uestros & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque uestros addecimabit, uosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis uestri, quem elegistis uobis, & non exaudiet uos dominus. Neque uero quenquam hoc moueat, quod hic regem uocat, non tyrannum. Siquidem olim regis nomen non minus inuisum fuit quàm tyranni. Et cum nihil sit salutarius bono rege, cur deus iratus hãc imaginem proponi iussisset populo, quo uidelicet à petendo rege deterreret? Proinde ius regium, ius tyrannicũ dixit. Alioqui Samuel ipse uere regem gesserat, tot annis sancte & incorrupte rem populi administrans. At illi non intelligentes felicitatem suam, more gentium regem flagitabant, qui fastu, qui uiolentia regem ageret. Et tamen in hac imagine quota portio malorum est, quæ nostra memoria in nonnullis

Ex lib. regum. I.

etiam Chriſtianis principibus, magno totius orbis malo conſpeximus?

Deſcriptio boni principis ex Deutero.

Accipe nũc boni principis imaginem, quam deus ipſe in libro Deuteronomij deſcripſit ad hunc modum: Cùm ꝙ fuerit rex conſtitutus, nõ multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neq; argenti & auri immenſa pondera. Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecũ omnibus diebus uitæ ſuæ, ut diſcat timere dñm deũ ſuũ, & cuſtodire ỽba & ceremonias eius, quæ in lege ꝑcepta ſunt, Nec eleuet cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neq; declinet in partem dextram uel ſiniſtram, ut longo tpe regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael. Si rex Hebręus iubet legem ediſcere, quæ figuras & umbras mõ iuſtitiæ tradebat, quanto magis cõuenit, ut princeps Chriſtianus euãgelij dogmata teneat ac ſequat? Si non uult regem Iudæum efferri ſupra populum ſuum, fratres illos appellans, nõ ſeruos, quãto minus idẽ facere oportebit Chriſtianũ in Chriſtianos, quos ipſe quoq; Chriſtus principum omnium monarcha, fratres appellat?

Principis deſcript. ex Ezec.

Audi iam quomodo tyrannum deſcripſerit Ezechiel: Principes, inquit, in medio eius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem. Plato principes reipublicæ cuſtodes appellat, ut hoc ſint patriæ, quod canes gregi: quod ſi canes uertãtur in lupos, quid præterea ſperandum eſt gregi?

Tyrãnus leo.

Idem alio in loco, crudelem ac rapacem principẽ leonem appellat, & alibi minatur paſtoribus, qui paſcerent ſemetipſos, neq; gregis ullam haberẽt curam, principes ſentiens, qui ſibi gerũt imperium. Et Paulus de Nerone loquens: Liberatus ſum (inquit) de ore leonis. Et in eandem fermè ſentẽtiam, Salomon ille ſapiens uide quomodo tyrannũ depinxerit: Leo inquit, rugiens & urſus eſu-

uiens, princeps impius super populum pauperē. Ac rursus alibi: Cum impij sumpserint principatum, gemet populus quasi sub seruitute deductus. Et iterum alibi: Cum surrexerint impij, abscondent homines.

Quid, q̃ apud Isaiam cum dn̄s offensus populi sceleribus comminat̃, dicens: Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabunt̃ eis: nonne palàm declarat nullam acerbiorem calamitatem obuenire posse regioni, q̃ stultum & impium principem? — Princeps puer.

Sed quid nos ista persequimur, cum ipse Christus unicus princeps ac dn̄s omnium clarissime discreuerit Christianum principem ab ethnico? Principes (inquit) gentium dominantur eis, & qui potestatem habent, exercent in eos: inter uos aūt non erit sic. Si principum ethnicorum est dominari, non est igitur Christianorum dominium. Quid est aūt quod ait: Non sic erit inter uos, nisi non eodem mō fieri conuenit inter Christianos, inter q̃s principatus administratio est, non imperium: & regnū bn̄ficium est, non tyrannis. Neq; uero sic ipse sibi palpet̃ princeps, hæc ad episcopos pertinēt, nō ad me. Imò ad te pertinent, si mō Christianus es: si Christianus non es, nihil ad te pertinēt. Neq; u͛o te moueat, si fortè cōspexeris episcopos aliquot ab hac imagine procul abesse. Quid agāt illi, uiderint ipsi: tu quid te dignum sit, cogita. — Princeps iuxta euāgelium.

Noli teipsum principem bonum existimare, si collat⁹ cum alijs, minus malus appareas. Neq; statim licere putes quicq̃d principum uulgus factitat. Ad honesti regulā temetip̄m exige, hinc te æstima. Et si nemo fuerit quē uincas, ipse certato tecū, q̄nquidem istud est certamen oīm pulcherrimum, & uere inuicto principe dignum, si quotidie nitat̃ seipso melior euadere. — Nemo bonus collatiōe peiorum.

Si fœdū est tyranni nomē, seu potius studiū, nihilo fiet honestius, si cū multis fuerit cōmune. Siquidem in rebus ipsis uis honesti sita est, non in hominum numero.

Grauiter à Seneca scriptum est, eodem loco quo ponimus latrones ac piratas, ponendos esse reges, latronum — Seneca

ac piratarum habentes animum. Hic enim ſolus regem à tyranno diſtinguit, non titulus.

Barbaric⁹ mos.

Refert in libris politicis Ariſtoteles, in nonnullis oligarchijs hunc fuiſſe morē, ut inituri magiſtratum, cōceptis uerbis iurarent in hunc modum: Plebem odio proſequar, & pro uirili adnitar, ut illi ſit male. At princeps initurus magiſtratus, longe diuerſa iurat ſuis. Et tamen audimus quoſdam tales eſſe erga populum, quaſi iuxta morem illum barbaricum iuraſſent, ſe populi rebus modis omnibus hoſtes fore.

Planè tyrannidem ſapit, quoties tū optime eſt principi, quoties populo eſt peſſime, & alterius felicitas ex alterius creſcit calamitate. Perinde quaſi paterfamiliâs id agat, ut ſuorum malis ipſe ditior reddatur ac potentior.

Qui ſibi principis titulum uolet aſſerere, & inuiſum tyranni nomen cupiet effugere, nō terroribus ac minis, ſed bene factis id ſibi uindicet oportet. Neq; enim refert uel ab aſſentatorib⁹, uel ab oppreſſis appellari principē, appellari patrē patriæ, ſi re ipſa fuerit tyrannus. Et ſi maxime illi adulet̃ ſua ætas, at non aſſentabit̃ poſteritas. Vides formidabilium olim regū, quos uiuos nemo uel nutu audebat offendere, quanto odio poſteri celebrēt malefacta, quanta libertate deteſtent̃ ipſa etiam nomina.

Princeps magnę familiæ pater.

Bonus princeps non alio animo debet eſſe in ſuos ciues, quàm bonus paterfamiliâs in ſuos domeſticos. Quid enim aliud eſt regnum, quàm magna familia? Quid rex, niſi plurimorum pater? Excellit enim, ſed tamen eiuſdē eſt generis, homo hominibus, liber liberis imperans, nō beluis, ut recte prodidit Ariſtoteles. Quod quidem intellexiſſe uidentur & uetuſtiſſimi poetæ, qui Iouem, cui totius mundi & deorum, ut illi loquuntur, omnium tribuunt imperium, ſubinde notant his uerbis: πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, id eſt, pater hoīm'q; deum'q;. Et nos ſic à Chriſto pręceptore docti, deum oīm haud dubie principē, patris uocabulo compellamus.

Quid aūt fœdius aut execrabilius illa compellatione,

quam apud Homerum Achilles opinor, iacit in principē sibi gerentē imperium, nō populo, δημοβόρος βασιλεύς: Nihil enim reperit iratus ille, quod probrosi⁹ diceret in eū, quem imperio iudicabat indignū, nisi quod ppl'm deuoraret. At idem Home. si quem regē honoris gratia nominat, ποιμένα λαῶν solet appellare, hoc est, populi pastorem. Plurimum aūt interest inter pastorē & prædonem. Quanā igit fronte sibi principis titulū uindicāt, qui paucos & eos sceleratissimos è suorū numero deligūt, per q̊s arte repertis prætextibus, & subinde nouatis titulis, ppl'i uires simul & opes exhauriunt, in suum cōuertunt fiscū, siue quod inclementer extorserunt, aut prodigunt nequiter in uoluptatibus, aut insumūt crudeliter in bellis: & ut quisq; in his maxime ueteratorem agere potest, ita plurimi faciūt, perinde quasi princeps hostis sit populi, non pater, ut is præcipue uideat principis rebus consulere, qui populi commodis q̄maxime officiat.

Tyranni epitheta ex Homero.

Vt paterfamiliâs suis bonis accreuisse putat, quicquid ulli suorum obtigerit emolumenti, ita qui uere principis animo præditus est, in suo fisco putat esse, quicquid usquā ciues possident, quos sic habet sibi charitate deuinctos ac deditos, ut nihil uereantur, uel uitam impendere principi suo, non modo pecuniam.

Principis diuitię penes ciues sunt.

Operæpretium fuerit audire, quibus epithetis Iulius Pollux Commodo Cæsari, cuius pueritiam instituerat, regem signarit ac tyrannum. Etenim cum regem statim dijs subiecisset, ueluti proximum ac simillimum, περὶ βασιλέως, inquit, ἐπαινῶν λέγε, πατήρ, ἤπιος, πρᾶος, ἥμερος, προνοητικός, ἐπιεικής, φιλάνθρωπος, μεγαλόφρων, ἐλεύθερος, χρημάτων κρείττων, ἔξω παθῶν, ἑαυτοῦ κρατῶν, ἄρχων ἡδονῶν, λογισμῷ χρώμενος, ὀξύς, ἀγχίνους, περιεσκεμμένος, εὔβουλος, δίκαιος, σώφρων, θεῶν

Epitheta boni pricipis ex Iulio.

ἐπιμελητὴς, ἀνθρώπων κηδεμὼν, στάσιμος, βέβαιος, ἀνεξαπάτητος, μεγαλογνώμων, ἰσχυρογνώμων συνεργὸς, τελεσιουργὸς, φροντιστὴς τῶν ἀρχομένων, σωτὴρ, πρόχειρος εἰς εὐεργεσίαν, βραδὺς εἰς τιμωρίαν, ἀσφαλὴς, ἀπλανὴς, ἀκριβέστερος πρὸς τὸ, δίκην ζυγοῦ, εὐπρόσοδος, εὐπροσήγορος, εὐέντευκτος, μειλίχιος, προσηνὴς ἐπιμελητὴς τῶν ὑπηκόων, φιλοστρατιώτης, πολεμικὸς μὲν, οὐ φιλοπόλεμος δὲ, εἰρηνικὸς, εἰρηνοποιὸς εἰρηνοφύλαξ, παιδευτικὸς, ἀρχηγὸς, καὶ ἀρχικὸς νομοθετικὸς, εὐποιεῖν πεφυκὼς, θεοειδὴς, πολλὰ δ' ἐστὶν ἃ καὶ λόγῳ τις ἂν εἰπεῖν ἔχοι οὐκ καὶ ὀνόματι.

Ea tametsi Latinus sermo commode non possit reddere, ob Græcæ linguæ proprietatem, tamen in hoc certe uertimus, quo queant intelligi: Regem laudato his titulis: Pater, mitis, placidus, lenis, prouidus, æquus, humanus, magnanimus, liber, pecuniæ contemptor, haud obnoxius affectibus, sibiipsi imperans, dominans uoluptatibus, ratione utens, acri iudicio, perspicax, circũspectus, ualens consilio, iustus, sobrius, numinũ curam agens, hominũ negotia curans, stabilis, firmus, infallibilis, magna cogitans, autoritate præditus, industrius, confector negotiorum, solicitus pro his quibus imperat, seruator promptus ad beneficentiam, lentus ad uindictam, certus, constans, inflexibilis, propensior ad iustitiam, semperque attentus ad id, quod de principe dictum est, libræ in more, facilis aditu, comis in congressu, commodus alloqui uolentibus, blandus, expositus, curam agens suo parentiũ imperio, amãs militum suorum, qui strenue quidem bellũ gerat, sed qui bellum non affectet, pacis amans, pacis cõciliator, pacis tenax, apposit9 ad emẽdandos populi mo-

res, qui ducem agere norit ac principem, qui leges salutares sciat condere, natus ad bene merendum, diuina specie. Sunt autem multa quæ oratione dici possint, singulis uocabulis explicari non possint. Hactenus Pollucis sententiam expressimus. Iam si ethnicus moderator eiusmodi principem deformauit ethnico, quanto sanctius simulacrum proponi conuenit principi Christiano?

Nunc quibus coloribus tyrannum expresserit, attende: ψέγων ἂν ἐρεῖς τυραννικός, ὠμός, θηριώδης, βίαιος, πλεονεκτικός, φιλοχρήματος, ὡς τὸ τοῦ πλάτωνος, ἐρασιχρήματος, ἅρπαξ, καὶ τὸ τοῦ ὁμήρου, δημοβόρος, ὑπερόπτης, ὑπερήφανος, δυσπρόσιτος, δυσπρόσοδος, δυσπροσήγορος, δυσέντευκτος, δυσόργιτος, δύσθυμος, ἔμπληκτος ταραχώδης, ἡδονῶν ἥττων, ἀκρατής, ἀκεράτως, ἀλόγιστος, μισάνθρωπος, ἄδικος, ἄβουλος, ἄνισος, ἀνόσιος, νοῦ κενός, εὔκολος, εὐμετάβολος, εὐεξαπάτητος, ῥᾴδιος, ἀνήμερος, ἐπιθυμίαις ἐνδιδούς, ἀκόλαστος, ὑβριστής, πολεμοποιός, βαρύς, ἐπαχθής, ἀκάθεκτος, ἀφόρητος.

Quorum uerborum hæc fermè sententia est: Malum principem uituperabis ad hunc modum: Tyrannicus, crudelis, efferus, uiolentus, occupator alieni, auidus pecuniarum: & quod uerbum est apud Platonem, pecuniarum cupiens, rapax: & quod dixit Homerus, populi deuorator: superbus, elatus, difficilis aditu, incommmodus ad conueniendum, durus ad congressum, incomis ad colloquium, male iracundus, irritabilis, terribilis, turbulentus, uoluptatum seruus, intemperans, immoderatus, inconsideratus, inhumanus, iniustus, inconsultus, iniquus, impius, mēte carēs, leuis, incōstans, & qui facile decipiat,

male facilis, immitis, affectibus deditus, incorrigibilis, contumeliosus, bellorum autor, grauis, molestus, incoercibilis, intolerabilis.

Nihil inuisi⁹ deo q̃ malus princeps.

Cum deus longissime absit à natura tyranni, uerisimillimum est, illi nihil inuisius esse pestilente rege: & cũ nulla belua nocentior sit tyranno, consentaneum est, nihil inuisius esse mortalibus omnibus, quàm malũ principem. Quis autem uł uiuere cupiat, superis & hominibus parit̃ exosus & execratus? Proinde Octauius Augustus, ubi sensisset caput suum crebris coniurationibus peti, & alia oppressa, protinus alia succederet, negauit tanti esse uiuere, ut omnibus inuisus, incolumitatem suam tot ciuium sanguine tueretur.

Proinde regnum, quod uirtute administratur ac beneuolentia, non solum quietius est ac iucundius, uerumetiam diuturnius ac stabilius, id quod ex ueterum annalibus facile poteris cognoscere. Nulla tyrannis tam munita fuit, quæ diu constiterit. At quoties reipublicæ status in tyrannidem degenerauit, toties in exitium properasse compertum est.

Tyrannis nulla fuit diuturna

Multos timeat oportet, qui timetur ab omnibus. Et tutus esse non potest, quem maxima pars hominum cupiat extinctum.

Diuini honores bonis regibus habiti.

Olim qui bene gessissent imperium, ijs diuini decernebantur honores: at in tyrannos ea lex erat, quæ nunc est in lupos aut ursos, ut præmium esset ex publico, qui publicum hostem è medio sustulisset.

Virtus primum reges fecit.

Primitus reges non ob aliud cõstituti sunt populi cõsensu, quàm ob eximiam uirtutem, quam heroicam uocãt, uelut diuinæ proximam, & humana maiorem. Originis igitur suæ principes meminerint oportet, illud intelligentes, se ne principes quidem esse, si eo caruerint, quod primum principes fecit.

Monarchia.

Cum multæ sint formæ rerum publicarum, philosophorum omnium ferme cõsensus est, saluberrimam esse monarchiam, nimirum ad exemplar dei, ut rerum sum-

ma penes unum sit, uerum ita, si is ad imaginē item dei, sapientia bonitateq́; cæteris omnibus antecellat, & nullius indigens, nihil aliud studeat, quàm prodesse reipub. Quod si secus fuerit, pessimus reip. status sit oportet, ut qui pugnet cum eo, qui est optimus.

Si princeps contingat omnibus absolutus uirtutibus, optanda sit pura ac simplex monarchia: uerum quando id haud scio an unquam contingat, quin potius magnū & exoptandum: si detur mediocris, ut nunc sunt res hominum, præstiterit monarchiam, Aristocratiæ & Democratiæ admixtam temperari diluiq́;, ne quando in tyrānidem erumpat, sed quemadmodum elementa uicissim sese librant, ita simili moderamine consistat respublica. Quod si princeps bene uelit reipublicæ, sic interpretabitur suam potestatem hac ratione, non coerceri, sed adiuuari: sin minus, tanto magis expedit, ut sit quod unius uiolentiam frangat ac retundat. Monarchia tempe rata

Cum multa sint dominandi genera, hominis in beluas, heri in seruos, patris in liberos, mariti in uxorem. Regiam dominationem omnium excellentissimam iudicat Aristoteles, eamq́; maxime diuinam appellat, quod ea res quiddam homine maius habere uideatur. Quod si diuinum est agere regem, profecto tyrannum agere, nihil aliud sit oportet, quàm eius uicem agere, qui deo dissimillimus est.

Seruus seruo pręstantior, ut habet prouerbium, ut dominus domino potior, quod alia sit ars alia præclarior, alia functio alia melior. At principem in optimo sapientiæ genere oportet præcellere. Ea est ratio recte administrandi rempublicam. Ex Aristotele.

Domini est iubere, serui parere. Tyrannus iubet quicquid lubuit: princeps quod reipub. iudicarit optimum. Quinā igitur iubebit is, q quid sit optimū ignoret? imò qui pessima pro optimis habeat, uel inscitia, uel affectibus excæcatus.

Vt oculi est uidere, aurium audire, narium olfacere,

ita principis est populi rebus consulere. At non potest alia re cõsulere, q̃ sapientia, ea si careat princeps, nõ magis cõsulet reip. q̃ oculus uidebit excæcatus.

Xenophontis sententia

Xenophon in œconomico libello scribit, diuinũ potius q̃ humanũ, imperare liberis ac uolentibus: sordidum enim imperare mutis animantibus, aut coactis mancipiis: at homo diuinũ est animal, ac bis liberũ, primum natura, deinde legibus: ideoq; summæ uirtutis est, ac plane diuinæ, regem sic temperare imperium, ut beneficiũ sentiat populus, seruitutem non sentiat.

Caue solum eos tuos esse putes, quorum opera in popinis, in uenatu, in domesticis uteris ministerijs, cum sæpenumero nulli minus sint tui, sed uniuersos ciues ex æquo tuos esse ducito. Quorum si quis omnino delectus sit, eum tibi proximum & coniunctissimum habeto, qui uir sit optimus, qui patriæ, qui reipub. amantissimus. Cũ uises urbes tuorum, nolito sic tecum cogitare: Tantarũ rerum dominus sum, hæc omnia mei sunt arbitrij, in hæc mihi licet quicquid libet. Si uero, quod bono principe dignum est, cogitare uoles, an huc cogitato modũ: Hæc meæ credita sunt fidei, uigilandum igitur, quo meliora reddam quàm acceperim.

Cum innumeram tuorum multitudinem conspexeris, caue sic cogites, tam multos habeo seruos, sed tot hominũ millia de mea pendent solicitudine, uni mihi se suaq; tuenda crediderũt, me ueluti parẽtem spectant: tot millibus prodesse possum, si meipsum bonum præstitero principem: plurimum nocere, si malum. An non igitur magnopere curandũ, ne sim improbus, ne tam multis noceam mortalibus?

Cogitato semper dominium, imperium, regnum, maiestatem, potentiam, ethnicorum esse uocabula, non Christianorum. Christianum imperium nihil aliud esse quàm administrationem, quàm beneficentiam, quàm custodiam.

Quod si hæc quoque uocabula te delectant, at illud

memineris, facito, q̊d ab ethnicis q̊q; philosophis & perspectũ & ꝑditũ est, non aliusmodi esse impium principis in populũ, q̃ quale est animi in corpus: Dominat̃ animus corpori, q̊d magis sapiat q̃ corpus, sed dominat̃ magno corporis commodo potius q̃ suo: & animum regnare in corpore, felicitas est corporis. Animus in corpe.

Quod cor est in corpore animantis, id est princeps in republica. Si cor syncerũ est q̊niam sanguinis ac spũum fons est, uitam impartit uniuerso corpori: sin uitiatum fuerit, exitium adfert membris omnibus. Verũ ut ea pars in corpore animantis omniũ postrema solet corrumpi, & in hac extremas uitæ reliquias superesse putãt: ita decet principem, si qs morb⁹ corripuerit populũ, ab omni stultitiæ lue q̃integerrimum esse. Conri mẽbris.

Vt in homine q̊d præstantius est imperat, nimirũ anim⁹: rursum in animo quæ pars est optima, ea ꝑsidet, nempe ratio: & quod dominatur in uniuerso, id omniũ ẽ optimum, nempe deus. Ita quisqs in republica, tanq̃ in magno corpore impandi partes occupauit, eũ oportet bonitate, sapientia, uigilantiaq; cæteros anteire. Et quanto magistratus antecellũt plebi, tanto princeps antecedere debet magistratus. Similitu dines pricipis.

Si qd inest animo mali, id à corporis contagio ꝓficiscit̃, q̊d affectibus est obnoxium. Quicqd aũt habet corpus boni, id ab animo scatet, uelut à fonte.

Vt autem ꝑposterum sit ac præter naturam, si mala ab animo manent in corpus, & corporis bona animi uitio corrumpantur, ita uehementer absurdnm fuerit, si bella, seditiones, corrupti mores, prauæ leges corrupti magistratus, & id genus aliæ reipu. pestes, ab ipis principibus exoriant̃, quorum sapientia componi decebat motus stultitia plebis coortos. At sæpenumero uidemus ciuitates populi industria bene constitutas, ac florentes, principum euerti culpa. Præposterũ remp. lædi à prĩcipe.

Quam non Christianum est domini titulo sibi placere, quem non pauci à Christo alieni refugerũt; & q̊d esse Princeps pater, nõ

cupiebant propter ambitionem, dici nolebant ob inuidiam. At Christianus princeps idem esse sibi fas putabit, uocari magnificum?

Octauius Augustus, quamuis scelere occuparat imperium, cõtumeliæ loco ducebat uocari dominum, & hanc appellationem à mimo delatam, coram uniuerso populo, uultu simul & uoce renuit, uelut eo uocabulo tyrannis exprobraret. Et hãc hominis ethnici modestiam, nõ imitabitur princeps Christianus?

Prouerbium. Si dominus es tuorum omniũ, illi tibi serui sint necesse est. Proinde uidendum est, ne iuxta uetus prouerbium, quot habes seruos, totidem habeas & hostes.

Princeps liberis imperat. Cum natura genuerit omneis homines liberos, & pter naturam inducta sit seruitus, quod ethnicorum etiã leges fatent, cogita quàm non conueniat Christianum in Christianos usurpare dominium, quos nec leges seruos esse uoluerunt, & CHRISTus ab omni seruitute redemit. Siquidem Paulus Onesimum seruum natum, à baptismo fratrem prioris heri Philemonis appellat.

Quàm absurdum est eos pro seruis habere, quos Christus eodem redemptos sanguine, in cõmunem asseruit libertatem, quos ijsdem tecum alit sacramentis, quos ad eandem immortalitatis uocauit hæreditatem: & ijs seruitutis iugum inducere, qui communem tecum habent dominum, ac principem Iesum Christum?

Cũ Christianorum unus sit dominus, cur qui huius gerunt uices, abs quouis malunt administrãdi formam petere, quàm ab hoc, qui solus est totus imitandus? Ab alijs decerpere licet, si quid forte uirtutis admixtum habent: At in hoc absolutũ est omnis virtutis ac sapientiæ exemplar. Ea quidẽ stultitia uidet, sed infidelib⁹: nobis si uere fideles sumus, dei uirtus est, & dei sapientia. Christus absolutũ exẽplar.

Iam nolim te sic tecũ cogitare: At istud seruire est nõ regnare. Imò hoc est pulcherrimum regnandi genus, nisi forte deum seruire existimas, qui mundum hunc gratis administrat, cuius beneficium experiuntur omnia,

cum ad illũ nihil redeat præmij: nisi animus seruire uidetur, q cum corpore non egeat, tanto studio consulit illius commodis: nisi oculus cæteris membris seruire putãdus est, quod omnibus prospiciat.

Rem ita tecum expendas licebit, si quis omneis homines, quos tuos uocas, Circes arte uertat i sues aut asinos, nõne dices deterius factum tuum imperium? Dices opinor. At qui plus iuris sit in sues aut asinos, quàm in homines? licet quò lubet agere, licet distrahere, licet interimere. Proinde deterius fecerit imperium, qui liberos ciues uerterit in mancipia. Quo præstantius est in qd' geris imperiũ, hoc magnificentius ac splendidius regnas. Consulit igitur tuæ maiestati, qui ciuium libertatem ac dignitarem tuetur.

A' fictiõe argumentum.

Deus ipse, ne coactis imperaret, & angelis & hominibus liberum dedit arbitrium, quo splendidius & augustius redderet imperium suum. Et quisquam hoc nomine sibi magnus uidetur quod metu adactis ciuibus, ceu pecudibus imperet?

Deus liberis imparenoluit.

Ne te fugiat, quicquid in euangelicis aut apostolicis literis de tolerandis dominis, de parendo præfectis, de honorandis regibus, de pendendo tributo dictũ est, id ad ethnicos principes esse referendum: quod ea tempestate nondum essent principes ulli Christiani. Tolerari iubet impios magistratus ne quid perturbetur ordo ciuitatis, modo suo fungantur officio, modo ne imperent impia. Honorem exigit ethnicus princeps, Paulus honorem iubet dependi: uectigal exigit, uult solui uectigal: tributum exigit, iubet dari tributum. Nihilo enim deterior fit his rebus homo Christianus, & illi suum quoddam habent ius, neque sunt per occasionem irritandi. At quid de Christianis addit? Vos, inquit, inter uos nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Alioqui num ideo Christus debebat Cæsari tributum, quia legitur soluisse didrachmum?

Quõ accipiendũ, obedite p̃positis uestris &c.

Idem in euangelio cum insidiose rogaretur, num gẽs

Ius Cæsaris ex euãgelio.

ut tum putabat deo dicata, censum deberet Cæsari, numisma iubet exhiberi, exhibitum non agnoscit, & uelut ignarus, cuius sit imago & inscriptio sciscitat: cũ responsum esset Cæsaris esse, malitiose tentantibus ambigue respondit: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, q̃ dei sunt deo, simul eludens insidiosam quæstionem, & per occasionẽ ad dei pietatem inuitans, cui debemus omnia. Perinde quasi dixisset: Cæsari, quem ignoro, quid debeatis, uos uideritis. Illud potius spectate, quid debeatis deo, cuius negotium ago, non Cæsaris.

Ne uero inter hæc cuiquam obrepat huiusmodi cogitatio: Quid igit principi suum ius adimis, & plus tribuis ethnico q̃ Christiano? Imò principi Christiano suum ius uindico. Ius est ethnico principi suos metu premere, ad seruiles operas adigere, exigere possessionibus, expilare bonis, deniq; martyres facere, ius est ethnici principis. Num idem uis esse Christiano? Aut ius illius imminutũ uidebitur, si minus hæc illi liceant?

Verũ ius principis

Non perit suum ius ei qui Christiane gerit imperiũ, sed aliter possidet, & quidem multo tum præclarius tum tutius. Id ita esse, his argumentis colligas licebit: Primum tui non sunt quos seruitio premis, consensus enim principem facit. Verum ij demum uere tui sunt, qui sponte ac uolentes tibi parent. Deinde cum metu adactos possides, ne dimidiatos quidem possides, corporum potiris, animi abs te sunt alieni. Cæterum cum Christiana charitas conciliat populum ac principem ibi tua sunt omnia, quoties res postulat. Non enim postulat bonus princeps, nisi cum utilitas patriæ flagitat. Rursus ubi dominium est, non beneuolentia, quantumuis multum exigatur, certe minus habet princeps, quàm cum nihil non habet. Nemo plus impetrat, quàm qui nihil imperat, sed promeretur.

Verus honos.

Ad hæc honos qui tyranno exhibetur, ne honos quidem est, sed aut adulatio, aut simulatio: nec obsequium, sed seruitus: nec splendor est uerus, quem ostentat, sed

fastus, nec potentia, sed uis, quæ cũcta ueris nominibus possidet, qui Christianum agit principem. Nemini plus defert honoris, q̃ qui non exigit honorem, nulli libẽti' obsequuntur homines, quàm q non reqrit obsequium: in neminem libentius effundunt suas opes, quàm in eũ, cui commissas sciunt ad publicam utilitatem, cum fœnore rediturας.

Est mutuum inter principem ac populum commercium: Tibi populus censum debet, debet obsequiũ, debet honorem. Esto, sed tu uicissim populo debes bonum ac uigilantem principem. Cum exigis uectigal à tuis ueluti debitum, fac prius excutias temetipsum, nũ illis officij tui uectigal persolueris.

Mutuum ius ppl'i ac principis.

Aristoteles negat dominij rationem esse sitam in possidendo, sed magis in hoc, ut utare seruis. Atq multo minus principatus positus est in titulis & imaginib. in exigendo censu, sed in consulendo.

Ex Aristotel' Politicis.

Cum respublica corpus quoddam sit ex uarijs membris compactum, in quoꝝ numero sit & princeps ipse licet eximium, ea moderatione conueniet uti, ut omnib' bene sit, non ut attenuatis cæteris, unum aut alterũ uegetum ac saginatum euadat. Quod si princeps reipublicæ malis gaudet & alitur, neq; pars est reipublicæ, neq; princeps, sed prædo.

Prodidit Aristoteles seruum uiuam esse domini portionem, si modo is uerus sit dominus. Est autem & amicitia parti cum toto, & utilitas utriq; ex altero. Id si uerum est inter herum & mancipium, de lapide (ut aiunt) emptum, quanto magis inter plebem Christianam & principem Christianum?

Princeps qui nihil aliud cogitat, nihil aliud agit, nisi ut q̃plurimũ pecuniarum à ciuibus extorqueat, ut nummorũ uim quantam potest maximam irretiat legibus, ut quàmplurimo uendat magistratus & officia, quæso utrum is princeps dicendus est, an negociator, an ut uerius dicam, prædo?

c 5 4

Se lædit princeps cum pp̄ri res lædit.

Crœsus cum uideret urbe capta, Cyri milites magno tumultu discursantes, rogabat quidnam facerent. Cui respondenti, facere eos quod uictor exercitus solet, diripere bona ciuium: quid inquit audio? An non hæc iam tua sunt, qui me uicisti? Cur igitur ista tua populant? Hac uoce monitus Cyrus, militem à direptione coercuit. Eandē oportebit semp̄ obuersari principis animo: Hæc quæ ex torquent, mea sunt: Hi q̃ spoliant & atterunt, mei sunt, quicquid in hos pecco, in meipsum pecco.

Fac ita geras imperiū, ut facile gesti queas reddere rationē, quā si nemo exacturus est, hoc magis etiā à temetipso debes exigere. Futuꝝ est eñ, idq́ꝫ breui, ut is abs te rōnem exigat, apud quē nihil tibi profuerit principē fuisse, nisi ꝙ tanto rigidiorē habiturus es iudicē, quāto grādior potestas tibi fuerit cōmissa. Vt unus sis totius orbis monarcha, hunc exactorem nec fallere poteris, nec effugere, nec terrere, nec corrumpere.

Posteaquā te semel reipublicæ dedicasti, iam non est tibi liberum tuo more uiuere: personam quā suscepisti, sustineas ac tuearis oportet.

Officium principis

Nullus ad Olympicum certamen accedit, nisi prius secum expenderit, quid eius certaminis lex postulet. Neqꝫ queritur sibi molestum esse solem, aut puluerē, aut sudorē, aut si quid est aliud huius generis, q̄nquidem hæc oīa cum ipsa ludi ratione coniuncta sunt. Ita qui suscipit imperium, prius suo cum animo debet expendere, quas res principis officium exigat. Consulēdum alienis commodis, propria negligenda. Vigilandum, ut aliјs dormire liceat. Laborandum, ut aliјs liceat otiari. Summa præstanda morum integritas, cum in aliјs mediocris innocentia satisfaciat. Priuatis affectibus omnibus exuendus est animus: & publicum gerenti negotium, nihil nisi de publico cogitādum. Benefaciendum etiam ingratis, etiam nō intelligentibus, etiā inuitis. Hæc si nō placent, cur ad imperiј munus accedis? aut cur forte traditum non cedis alteri? Quod si non licet, certe in huiusmodi quempiā reiј-

ce functionem, cuiusmodi teipsum præstare oportebat.

Apud Græcos sapiẽtissime dixit sapiens quidam, quæ præclara sunt, eadem esse difficilia. Proinde meminisse oportet, prestare bonũ principem, rem quidem esse omĩum multo pulcherrimam, sed eandẽ omnium longe difficillimam. Neq; quicquam te moueat, si temporibus his quosdam uideris principes ita uiuentes, ut difficilius sit agere mediocrem patremfamiliâs, quàm eiusmodi principem: nec omnino temere dictum uideatur ueteri prouerbio, aut regem, aut fatuum nasci oportuit. Difficillimum, sed pulcherrimũ bñ imperare

Cum igitur cæteri mortales artem, quam profiteri parent, prius adhibito studio discant, quanto maiori cura principem oportet administrandi rationem predìscere? Ac cæteræ quidem artes quatuor rebus potissimum constant, natura, præceptis, exemplis, & usu. In principe lene ac mansuetum ingenium requirit Plato, nam acres & concitatos, ut ad disciplinas quidem idoneos fatetur, ita ad rempublicam administrandam accommodos negat. Sunt naturæ uitia, quę institutione curaq; corrigi queãt. At possit obtingere ingenium uel adeo stupidum, uel ita ferox ac uiolentũ, ut in hoc formando frustrà quis sumpserit operam. Neronis natura corruptior erat, q̃ ut sanctissimus ille præceptor Seneca potuerit efficere, quo minus pestilentissimus euaderet princeps. Prius discendum imperare quàm imperes.

Præcepta statim, ut diximus, instillanda sunt, eaq; digna uero principe, & certa: & ob hanc causam Plato noluit sero dialecticen attingi à custodibus, q hæc in utrãq; partẽ differat, & minus firmas reddat de honesto, aut inhonesto opiniones. Exemplum administrandi potissimum ab ipso deo petẽdum, & ab homine deoq; Christo, è cuius dogmatis præcepta quoq; sumenda erunt potissimum. Exercitatio, quæ postrema pars est, non perinde tuta est in principe, nihil enim magni sit, si citharas aliquot obterat, qui studet bonus esse citharœdus. At graue fuerit affligi rempublicam, dum princeps discit administrare rempub. Assuescat quidẽ igitur iam inde à puero,

ſed quo melius iudicet, inſtructus decretis, aſſidere conſultationibus, intereſſe iudicijs, adeſſe creandis magiſtratibus, audire regum poſtulationes, uerum ne quid ſtatuat, niſi multorum iudicio comprobatum, donec ætas & uſus rerum certius iudicium pararit.

Vigilãtia principis

Si uere dixit Homerus, non eſſe principis ſolidam dormire noctem, cui tot hominum milia, cui tantæ negotiorum moles commiſſæ ſunt, ſi nõ ſine iudicio talem Aeneam ſuum fingit Vergilius, unde quæſo principi ſit otium totos fallendi dies, imò perdẽdi maximam uitæ partem alea, choreis, uenatibus, morionibus, & his etiã nugacioribus nugis?

Subuertitur reſpub. factionibus, bellis affligitur, latrociniorum plena ſunt omnia, expilationibus immodicis plebes ad famem & laqueum adigitur. Opprimuntur ab iniquis proceribus tenues: corrupti magiſtratus, nõ qđ ius eſt, ſed quod libet faciunt: & inter hæc uelut otioſus tum aleam ludet princeps?

Non licet dormitabundum eſſe, qui clauo aſſidet, & in tantis rerum periculis ſtertit princeps? Nullum mare tam graues habet tempeſtates unquam, quàm omne regnum aſſidue. Semper itaq; principi uigilandum eſt, ne quid erret, qui nõ niſi plurimoꝝ pernicie delinquit.

Magnitudo nauis, aut mercium pretia, aut uectorum numerus, haud facit elatiorem bonum nauclerum, ſed attẽtiorem: ita bonus rex, quo pluribus imperat, hoc uigilantior eſſe debet, non inſolentior.

Otium & negotiũ principis in quo.

Si cogitaris, quantã ſuſtineas prouinciam, nunq̃ deerit quod agas. Si cõſueris publicis delectari commodis, nunq̃ deerit quo oblectes animũ, ut iam bono prĩcipi nõ uacet ineptis uoluptatibus otij tædium fallere.

Quod à ſapientiſſimis uiris præceptum eſt, optimã uitæ rationẽ eſſe deligendam non iucundiſſimã, ꝗ ea quæ ſunt optima, conſuetudo deniq; ſoleat iucunda reddere, id principi cum primis eſt faciendum.

Si pictor ex tabula belle confecta uoluptatem capit, ſi

agricola, si holitor, si faber suis fruitur laboribus, quid principi debet esse iucundius, q̃ si comtempletur rempu. sua opera redditam meliorem ac florentiorem?

Vt negari non potest, operosam esse rem, bonũ agere principem, ita multo est operosius, malum agere principẽ. Longe minus habẽt negotij, quæ naturam & honesti rationem sequuntur, q̃ quæ fucis & arte constant.

Voluptates principis quę.

Cũ apud te recoles, hoc bellũ prudenter effugi, bñ seditionem illã q̃minimo sanguine cõpescui, illo uiro ad magistratũ ascito, ꝓbe cõsului reip. meoq́ꝫ nomini, si uere princeps es, miꝝ ni ingentẽ animo sentis uoluptatẽ. Atqꝫ ea demum uoluptas Christiano digna est principe, huius materiã ipse tibi quotidie bñfactis suppedita, plebeias illas oblectatiunculas uili popello relinque.

Diuersũ Midæ ac Salomonis uotũ.

Laudatur ab omnibus Salomon, cui cum integrum esset optarequicquid uellet, protinus accepturus quicquid petisset, non optarit opũ uim, non totius orbis imperiũ, nõ exitium inimicoꝝ, non insignem famæ gloriam, nõ uoluptates, sed sapientiam: neqꝫ quamuis sapiẽtiam, sed eam, qua posset regnum sibi creditum cum laude administrare. E diuerso damnatur ab omibus Mida, cui nihil auro fuerit antiquius. At cur aliud in historia, aliud in uita iudicium? Optamus principi felicitatem, optamus uictoriam, optamus laudem, optamus longęuitatem, optamus opulentiam. Si uere diligimus principem, quin illũ potius optamus, quod unum sibi optauit Salomõ? Et ne stulte uideaẽ optasse, hoc nomine laudatus est à deo. Cur nihil minus ad rẽ ptinere iudicamus, q̃ id quod solum ad rem ptinet? Imò, non desunt, qui credant hoc ipsum ad imperij functionem officere, si sapiat princeps. Languescit, inquiunt, animi uis, & redditur timidior. At ista temeritas est, non audacia: stupor, nõ animi uigor, ob hoc nihil timere, qđ nihil iudices. Ex alijs fontibus petenda est principis fortitudo. Ad istum modum plurimum audent iuuenes, sed plus etiam furiosi. Salutaris est timiditas, quæ dũ periculum indicat, docet uitare, quæ à turpi-

bus ac perniciosis institutis cohibet.

Plurimum perspiciat oportet, qui unus prospicit omī bus: plurimū sapiat necesse est, qui solus consulit uniuersis. Quod deus in uniuerso, quod sol in mūdo, qđ oculus in corpore, hoc oportet esse principem in republica.

Aenigma regis.

Prisci sapientes, quibus mos erat hierogryphis uti, rerum ænigmatis uiuendi rationē adumbrātes, regis imaginem ad hunc repræsentabant modū, ut oculum pingerēt addito sceptro, uitæ rectitudinem, & animum nullis rationibus ab honesto deflectendum, cū prudentia uigilantiaq; summa coniunctum, significātes.

Sceptrū regium.

Alij regium sceptrum ad hunc modum effingebāt, in summo erat ciconia pietatis symbolū, in imo hippopotamus, animal efferum & noxium: illud uidelicet innuentes, si quid in principe sæuiant affectus efferi, quod genus ira, uindictæ cupiditas, rapacitas, uiolentia, ut eos motus pietas in patriam uincat prematq;. Ad insolentiam fortunæ licentia, rerumq; successus inuitat, sed plus ualeat amor patriæ.

Apud Thebanos inter sacras imagines uisebant olim, autore Plutarcho, quæ sederēt sine manibus, harum prima oculis etiam carente. Quod sedent, admonet, magistratus ac iudices animo sedato esse oportere, nec ullis affectibus perturbato. Quod manibus carēt, innuit eos ab omni munerum corruptela puros & integros esse debere. Porro, quod princeps manibus quoq; caret, significat

Imago principis

regē adeo non abduci muneribus ab honesto, ut nec ullius personæ tangatur respectu, quo tātum auribus rem accipiat.

Cultus & insignia principis

Quin & in ipsis, quibus ornat insignibus, philosophari discat. Quid indicat unctio regia, nisi summam animi clementiam? Quid capitis diadema, nisi numeris omnib. absolutā sapientiam? Quid collo addita torques, nisi uirtutum omnium concentū & harmoniam? Quid gēmarũ multiplici colorum gratia nitentium lumina, nisi uirtutū excellentiā, & ꝙ quicqd honestū, id in principe eximi

um esse oporteat? Quid ardens purpura, nisi uehementem erga ciues charitatem? Quid insignia, nisi ut maiorum suorum decora uel æquet, uel superet? Quid gladius prælatus, nisi huius præsidio patriam oportere tutã esse, tum ab hostibus, tũ à scelerosis? Primũ munus boni principis est q̃ optima uelle: proximum, quibus rationibus euitari aut tolli mala: cõtrà, bona parari, augeri, cõfirmariq́; possint, p̃spicere. In homine priuato, fortasse satis est bona mẽs, cum & legibus admoneatur, & magistratus præscribant, quid sit agẽdum. At in principe parum est, bona mente præditum esse, ut uelit optima, nisi accesserit sapientia, quæ commonstret, quibus uijs id qđ cupit, assequi queat.

Bona mẽs cõiuncta cum prudentia.

Quãtulum interest inter statuam marmoream, Crœsi aut Cyri inscriptam titulo, diademate sceptroq́; magnifice insignitã, & principem sine pectore? nisi q̃ illa nullius incõmodo stupet, hic magno reipu. malo stultus est.

Ne corporis aut fortunæ bonis temetipsum æstimes, sed animi. Nec aliorum laudibus teip̃m metiaris, sed tuis ipsius factis.

Cum sis princeps, uideto ne quam admittas laudem, nisi dignam principe. Effert aliquis formam tuam, cogita ad istum modum laudari fœminas. Si quis admiratur facundiam, memineris istam sophistarum ac rhetorum esse laudem. Si robur & corporis uires p̃dicat aliquis, scias ita laudandos athletas, non principes. Proceritatem extollit aliquis, sic tecum cogita, hic me recte laudet, si quid ex alto foret detrahendum. Est qui diuitias tuas laudibus uehat, fac cogites ita laudari negotiatores. Puta te nihil adhuc audisse dignum principe, dum audis istiusmodi præconia. Quænam igitur ꝓpria principum laus est? Nempe si à tergo pariter & à fronte sit oculatus, βλέπων, ut inquit Homerus, πρόσσω καὶ ὀπίσσω, hoc est, si q̃plurimum sapiat, p̃terita respiciens, futura ꝓspiciens: deinde quicquid sapiat, patriæ sapiat, non sibi: quanquã nõ alia ratione sibi magis potest sapere, q̃ si patriæ sapiat.

Laudes dignæ principe.

Si quis hoc pacto laudet medicum, formosus est, robustus est ac bonis lateribus, bene nummatus est, bellus est aleator, scite saltat, belle canit, docte ludit pila: nónne protinus tecum cogitabis, quid hæc ad medicũ? At cũ audieris eadem à stultis laudatoribus, multo magis cogita, quid hæc ad principem?

Vt in medico, sic & in principe tria requiruntur.

In medico tria potissimum requiruntur. Primum, ut calleat artem medẽdi, noritꝗ corporum & morborum uim, & quid cui malo debeat adhiberi. Proximum, ut sit bonæ fidei, neque quicquam spectet præter ægrotantis salutem: nam multos ambitio, aut lucrum huc adducit, ut uenenum ministrẽt pro remedio. Tertium, ut iustam curam ac diligentiam adhibeat. At eadem multo magis præstanda sunt principi.

Aristoteles in politicis suis, quid tandem exigit à principe uir ethnicus? num Nerei formã, aut Milonis uires? num Maximi proceritatem? num Tantali talenta? Nihil horum. Quid igitur? Summam & absolutã uirtutem, in priuatis contentus mediocritate.

Nemo princeps bonus, nisi uir bonus.

Si potes simul esse princeps & uir bonus, fungere pulcherrimo munere: sin minus, abijce principem potius q̃ ut ea gratia uir malus fias. Vir bonum inuenire licet, q bonum principem non possit agere. At bonus princeps esse non potest, qui non idem sit uir bonus. Quãq̃ nunc eò redierunt quorũdam principum mores, ut hæc duo multũ inter se pugnare uideant, uir bonus, & princeps: planeꝗ stultum & ridendum habeat, in principe prædicando boni uiri facere mentionem.

Regem agere non potes, nisi te ratio rexerit, hoc est, nisi in omnibus consilium ac iudicium sequaris, non animi cupiditatem. Nec alijs potes imperare, nisi prius ipse parueris imperio.

Voces indignæ principe.

Absit procul ab animo principis uox illa plusquam tyrannica: Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Ac multo magis illa, quæ iam in publicam hominũ execrationem abijt: Oderint dum metuant. Tyrãnicum, imò fœ-

mineum est, animi libidinem sequi, & pessimus diuturni tatis custos est metus.

Sit hoc perpetuum principis decretum, lædere neminem, ꝓdesse omnibus, præsertim suis: mala uel tolerare uel mederi, prout iudicabit in rem communem expedire. Qui hunc animum non adfert ad rempublicam, tyrãnus est, non princeps

Si quis te pro principe tyrannum aut prædonem appellet, nonne uehementer commoueberis, & atrocia pa rabis supplicia? & merito. Est enim atrox, nec ullo pacto ferenda cõtumelia. At illud mihi iam cogites uelim, quãto contumeliosior est in seipsum, qui uolens talis est, quã ille prædicat? Nam grauius est esse furem quàm dici, & atrocius est uitiare uirginem, quàm uitium exprobrare.

Vt bene audias, id certissima cõsequeris uia, si qualem te cupis prædicari, talem temetipsum exhibeas. Non est uera laus, quæ extorquetur metu, aut tribuitur ab adulatoribus. Et male agitur cum fama principis, si huius præsidium in silẽtio minis indicto situm est. Iam ut maxime tua sileat ætas, certe loquetur posteritas. Quãquam quis unquam tam formidabilis fuit tyrãnus, ut omnium linguas cohibere potuerit?

Bñfactis parať bona fama.

In primis cauendum Christiano principi, quod grauiter à Seneca scriptum est: Inter eos qui reges appellantur, inueniri nonnullos, cum quibus si conferas Phalaridem, Dionysium, Polycratem, quorum & ipsa uocabula in omnium seculorum abominationem abierunt, indigni sint, qui tyranni uocentur. Neque enim refert qua uia, sed quò tendas. Qui ad commodum publicum spectat, rex est: qui ad suum, tyrannus. At quo tandem nomine censebimus istos, qui suam felicitatem patriæ malis alunt, & re prædones agunt, nomine principes, sed falsissimo?

Plato uetuit legibus suis, ne quis deũ ullius mali causam diceret, propterea quod natura bonus sit ac beneficus. At princeps dei simulacrum quoddam est, si uere

princeps sit. Quantum igitur abhorrent ab hoc exemplari, qui sic rem gerunt, ut quicquid malorum in republica cooritur, id ipsorum uitio cooritur?

Nec audiendus est, si quis hic forte clamitet adulator: At istud est principem in ordinem cogere, imò qui principi licere uult quod honestum non sit, is eum in ordinē cogit. Quid enim est aliud principem in ordinem cogere, quàm talem reddere, quale est hominum uulgus: ut iræ, ut libidini, ut ambitioni, ut auaritiæ seruiat, ut stultitiæ sit obnoxius?

Mire retortū argumentū

Indignum uero facinus & non ferendum, si hoc non licet principi, quod non licet deo.

Non postulat sibi licere deus, ut secus agat quàm honesti dictat ratio: quod si faceret, iam nec deus esset. Proinde qui principi licere uult, quod pugnet cum natura ac ratione principis, is demum illum principis honore spoliatum unumquenpiam è media plebe facit. Non pudeat principē honesto parere, cui paret ipse deus. Neque se putet minus esse principem, si ad summi prīcipis imaginem pro uirili accesserit.

Hęc atq; huiusmodi boni principis semina, statim inserant in rude pueri pectus hinc parentes, hinc nutrices, hinc præceptor, hæc uolens discat nō coactus. *Sic* em̄ cōuenit institui principem, q̄ liberis ac uolentibus sit imperaturus. Discat amare uirtutem, horrere turpitudinem, & ab inhonestis pudore, non metu coerceatur. Et quanq̄ nonnulla boni principis spes in emendatis moribus ac moderatis affectibus est sita, præcipua tamen est in rectis opinionibus. Nam mores malos aliquoties & pudor corrigit, deprauatos affectus uel ætas emendat, uel admonitio. Cæterum, ubi persuasum est, id cum uirtute coniunctum esse, quod procul abest ab honesto, & id egregium esse principis munus, quod plus quàm tyrannicum est, hoc est, ubi fontes sunt infecti, à quibus omnes uitæ proficiscuntur actiones, tum difficillimum fuerit mederi. Proinde in hoc primam ac præcipuam esse curam opor

Ab opinionib⁹ oīs actio uitę ducitur

tet instituentis, sicuti dictum est: ut prauas uulgi opiniones penitus ex animo reuellat, si quæ forte insederint, & salutares Christianoq; principe dignas inserat.

De adulatione uitanda principi.

Atq; id fieri non potest, nisi modis omnibus arceantur assentatores, cui pesti maxime obnoxia est magnorum principum felicitas. Iam ipsa ætatis simplicitas huic malo præcipue patet, partim quod naturæ propensione blandis magis gaudeat q̃ ueris, partim ob rerꝫ imperitiam, q̊ minus suspicatur insidias, hoc minus cauere nouit.

Et ne quis hoc ceu leue malum existimet negligendũ, sciat florentissima summorꝫ regum imperia, linguis adulatorum fuisse subuersa. Nec usquam graui tyrannide legimus oppressam rempu. ubi non præcipuæ partes tragœdiæ fuerint assentatorum.

Perspectum habebat hoc Diogenes (ni fallor) qui rogatus, quod esset animal omnium maxime noxiũ, si de feris, inquit, sentis, tyrannus: si de cicuribus, adulator. Apophthegma argutum

Habet hæc pestis blandum quoddam uenenum, sed adeo præsentaneum, ut olim hoc dementati principes orbis domitores, nequissimis palponibus sese ludendos & equitandos permiserint, & in omnium rerum dominos hi teterrimi homunculi libertini nonnunquam & serui dominabantur.

Primũ igiť prouidendum erit, ut nutrices adhibeanť, aut ꝓrsus immunes ab hoc morbo, aut certe q̃leuissime obnoxiæ. Nam ipse sexus solet huic malo peculiariť obnoxius esse, deinde plerũq; nutrices in matrũ abeũt affectus, quarꝫ uulgus liberorꝫ ingenia sæpenumero corrũpit indulgentia, imò totũ hoc genus q̃ad fieri pôt, arcendum à futuro principe, natura pene ipsa duob. maximis affine malis, stultitiæ & adulationi. Nutrices principis

Proxima cura erit, ut sodales adiungantur ingenio Sodales principis

liberali, & alioqui in hoc formādi ab eo qui instituit, ut comes sint citra adulationem, ut ita consuescant urbane loqui, ne qd tamen in gratiam fingant aut mentiantur. Nam de pceptore deligendo, iam dictum est.

Ministri principis

Neq; mediocre momentum est in ministris, qui frequenter obsecundant cupiditatibus puerorum, uel ob stultitiam, uel ꝙ hinc emolumenti nonnihil ad se rediturum sperēt. Oportebit igitur hos, quoad fieri potest, cordatos & integros, ad id muneris delegare, & insuper monitis ac minis ab assentando deterrere, ac rursum præmijs inuitare, ut sancte suo fungantur officio. Qua quidem in re magnopere cōducet, si qui deprehensus fuerit hoc agere, ut alloquijs & obsequijs illiberalibus, principis animum ad ea solicitet, quæ paꝵ digna sunt principe, is in aliorum exemplum publice det pœnas, etiam capitis, si delicti modus hoc postularit. Neq; hoc cuiq̃ crudele uideri debet, si cum furem, qui pauculos nūmos forte nactus sustulit, capite puniamus, idq; præter omnium legum ueterum exemplum, de eo extremum sumat supplicium, qui id inficere uoluerit, quo nihil habet patria melius aut pretiosius. Quod si rei nouitas obstat, quo minus persuaderi queat (tametsi Alexander Romanus imperator Thurinum fumi uēditorem, palo alligatum, subiectis uiridibus lignis fumo necari iussit) arte fieri potest, ut alia uia paretur exemplum, si qui forte de alio quopiam capitali facinore conuictus erit, tamen hoc titulo puniatur, quod principis futuri mentem pestilenti adulatione corruperit. Si in pœnis mali dati rationem conuenit expendere, plus lædit remp. pestilēs adulator, qui primam illam principis ætatem tyrannicis opinionibus corrumpit & inficit, q̃ qui publicum ærarium expilarit. Qui principis monetam adulterarit, in hunc exquisitis supplicijs animaduertit: & propemodū præmiū est ijs, qui principis animum corruperint.

Pœna capitis adulatori pestifero.

Oēs adulantur principi.

Atq; utinam saltem apud Christianos minus uerum esset illud Carneadis apophthegma, qui negauit quic

quam recte disci à regum filijs, præter artem equitandi, quod cæteris in rebus omnibus omnes obsecundent & assententur. At unus equus quoniam haud intelligit, patritius insideat an plebeius, diues an pauper, princeps an priuatus, tergo excutit, quicunque parum scite insederit. At nunc sæpenumero uidemus fieri, ut non nutrices solum, ac sodales ministrique principum liberis adulentur: uerum & ipse præceptor, moderatórque pueritiæ, suum agat negotium, non huc spectans ut principem dimittat meliorem, sed ut ipse discedat locupletior. Ad gratiam non raro loquuntur & ij, qui de rebus sacris cōcionantur, aucupantes principis & aulicorum fauorem, aut si quid reprehendunt, ita mordent, ut tum maxime adulentur. Non hæc loquor quod istos probandos existimem, qui seditiosis clamoribus debacchantur in uitam principum, sed quod ab his citra contumeliam, boni principis exemplar proponi cupiam, nec probari per assentationem in Christiano principe, quæ in ethnicis damnarunt ethnici. Neque libere monent magistratus, neque satis amice consulunt consiliarij. Nam proceres, quoniam fere studijs inter se dissentiūt, certatim omnes principis fauorem ambiunt, sed quo premant aduersarium, uel ne quam ansam nocendi ministrent inimico. Adulantur sacrifici, assentantur medici. Nam ab oratoribus aliunde missis meras audire laudes iam ubique solenne est. Supererat una sacra ancora, quæ & ipsa sæpenumero fallit. Nimirum ij, quos uulgus confessores regios uocat, ij si integri forent ac prudentes, certe in illo altissimo secreto possent amanter ac libere monere principem. Verum plerunque fit, ut dum suis quisque commodis studet, publicæ utilitatis rationem negligat. Ac minus quidem lædunt poetæ rhetoresque, quorum nemini iam ignotum est institutum, principū laudes non ex ipsorum meritis, sed ex suo metiri ingenio. Longe pestilentius est magorum ac diuinorum genus, qui regib. longæuitatem, uictorias, triumphos, uoluptates, & impe

Nō debacchādū in principes seditiosis clamoribus.

A cōfessionibus.

ria pollicentur. Rursum aliis subitam mortem, cladem, molestiam, exilium minant, abusi ad id spe metuq; duobus præcipuis humanæ uitæ tyrannis. Ad hunc ordinẽ pertinent prognostæ, qui ex astris futura præsagiunt, quorum an ulla sit ars, non est huius loci discutere. Certe ut nũc uulgo utuntur, non mediocrem pestem adfert rebus humanis.

Dissimulatũ adulatiõis genus.

Sed est omniũ pestilentissimũ adulatorum genus, q specie libertatis assentant, ac miro quodam artificio dũ repugnant, impellunt, dũ obiurgant, laudant. Hos mire depinxit Plutarchus in libello cui titulũ fecit, Quõ dignosci possit amicus ab adulatore.

Sibi qsq; adulat.

Sunt aũt duæ ætates, quę potissimũ expositæ sunt adulationi: pueritia ob rerum inscitiam: & senectus ob animi imbecillitatem. In quauis aũt ætate, stultitia quę semper philautiam comitem ducit. At recte monuit Plato, periculosissimũ esse adulandi genus, cum qs ipe sibi palpo est, & ob id sese facile pbet aliis idem agentibus, quod ipse iam sua sponte agebat.

Picturæ adulatrices.

Est tacita quædam adulatio & in picturis, statuis, ac titulis. Sic Alex. Magno adulatus est Apelles, pingens eũ fulmen manu torquentem. Et Octaui[9] Apollinis effigie pingi gaudebat. Eôdem pertinent immanes colossi, qs olim imperatoribus erigebant supra modum humanæ magnitudinis. Fortassis hoc alicui leuiculum uidebit, sed est nonnihil & in hoc momenti, ut principem eo cultu habituq; repræsentent artifices, q sapiente grauiq; principe maxime dignus sit. Et præstat aliqd agentem effingere, quod ad remp. attineat quàm otiosum: uelut Alexandrum in cognoscendis causis alteram aurem manu opposita claudentem: Aut Darium malum Punicum tenẽtem, aut Scipionem sponsam iuueni intactam restituentem, auro quod offerebatur reiecto. Huiusmodi salutaribus picturis decet ornari principum aulas, non iis q̃ lasciuiam, fastum, aut tyrannidem doceant.

Iam in titulis haud equidem negarim principi suum

honorem esse tribuendũ, malim tamen eiusmodi, qui nõ nihil admoneant principem officij sui, hoc est, malim integerrimũ, incorruptissimũ, sapientissimum, clementissimũ, bñficentissimũ, cordatissimũ, uigilantissimũ, moderatissimũ, patriæ studiosissimũ uocari q̃ inclytum, inuictissimũ triumphatorem, semp augustũ, ut ne cõmemorẽ interim celsitudines, sacras maiestates, diuinitates, & his etiam adulantiores titulos. Probo morem, q̊ nũc Romanum pontificem sanctissimi titulo honorant. Dũ eñ hæc audit assidue, cõmonefit quid ab illo præstari oporteat, & quid in illo sit pulcherrimum, non si ditissimus sit, aut latissime imperet, sed si sanctimonia p̃cellat. *Tituli principis*

Quod si uitari non potest, quo minus hæc audiat nõ nunquam princeps uel inuitus, tamen haud oportet dissimulare, quib. magis delectet. Alexander Seuerus usque adeo fertur inuisos habuisse adulatores omnes, ut si quis salutasset abiectius, aut adulanti⁹ inflexisset caput, protinus cum conuitio submoueret hominem: q̊d si dignitas aut magistratus quempiam à conuitio uindicasset, hunc uultus austeritate castigabat. *Quõ utẽdũ titul'sa lẽnibus.*

Præmonendus est igitur puer, ut hos titulos, quos audire cogitur in suum sibi uertat commodum. Audit pater patriæ: cogitet nullum unquã titulum principibus additum, quàm patris patriæ, qui magis proprie quadraret in bonũ principem. Id igitur sibi agendum, ut hoc titulo dign⁹ appareat. Ita si cogitat, admonitio fuerit: sin secus, adulatio. *Pater patriæ.*

Inuictus dicitur, cogitet q̃ sit absurdum inuictum dici, quem uincit iracundia, qui q̊tidie seruit libidini, quem captiuum quò lubet ducit agitq; ambitio. Eum demum uere inuictum esse, qui nulli cedit affectui, nec ulla rerũ specie ab honesto potest deflecti. *Inuictus.*

Cum serenissimus appellatur, succurrat principis esse officium, omnia tranquillare, omnia componere. Quod si quis per ambitionem aut iram, seditionibus ac bellorum tempestatibus perturbat ac miscet uniuersa, *Serenissimus.*

hunc titulus serenissimi non ornat, sed uitium illi suum exprobrat.

Cum dicet inclytus, cogitet nullũ esse uerum decus, nisi quod à ỽtute rectéq; factis proficiscitur. Quod si quem conspurcat libido, contaminat auaritia, fœdat ambitio, quid aliud est inclyti cognomen q̃ admonitio, si quis erret imprudens: conuitiũ, si prudens peccet?

Cum audiet regionum titulos, non statim cristas erigat, ueluti tantarum rerũ dominus: sed sic cogitet, q̃ multis bonum principem debeo.

Si celsitudines, maiestates, diuinitates ingeret aliquis, meminerit hæc non competere, nisi in eum, qui ad dei exemplum administret imperium, cælesti quadam animi magnitudine.

Titulorũ adulatio.

Cum audiet solennes panegyricos, ne protinus credat, aut faueat suis laudibus, sed si talis nondum est, qualis prædicatur, admoneri se cogitet: detq; operam, ut ijs laudibus aliquando respondeat: Si talis iam est, adniti debet, ut seipso melior euadat.

Leges adulatrices.

Quin ipsas etiam leges oportebit habere suspectas, assentantur & hæ nonnunquam principi, nimirum uel collectæ, uel conditæ ab his, qui regibus aut imperatoribus erant addicti. Cum negant principem teneri legibus, cum semet illi submittunt, cum ius in omnia tribuũt, caueat ne statim putet sibi licere, quicquid animo collibuit. Bono principi tutò ꝑmitti possint omnia, mediocri non omnia, malo nihil.

Libri libere monẽt

Ac prudenter quidem Demetrius Phalereus ad euoluẽdos libros inuitat, quod sæpenumero, quæ non ausint admonere principis amici, ex his cognoscat. Verum ad hoc prius antidoto præmuniendus est, ad hunc modum: Hic, quem legis, ethnicus est: tu qui legis, Christianus. Hic cum multa pręclare dicat, tamẽ exemplar boni principis parum recte adũbrauit: caue ne quicquid usquã offẽderis, id protinus tibi putes imitandum, sed omnia ad Christi regulam exigito.

Ac primum quidem delectus habendus in autoribus. Plurimũ eñ refert, q̊s libros primũ legat & imbibat puer. Inficiunt animos colloquia mala: at non minus lectio mala. Abeunt eñ in mores, & in affectus mutæ illæ literæ, præsertim si nactæ sint ingenium ad morbũ aliquem procliue: ueluti puer natura ferox, ac uiolentus, haud magno negotio commouebitur ad tyrannidem, si non præmonitus antidoto, Achillem, aut Alex. Magnũ, aut Xerxem, aut Iulium legerit.

Lectio mala infi cit inge nium.

At hodie ꝑmultos uidemꝰ, Arcturis, Lauslotis, & alijs id genus fabul' delectari, non solum tyrannicis, uerumetiam ꝑrsus ineruditis, stultis, & anilibus, ut consultius sit in comœdijs, aut poetarum fabulis horas collocare, q̃ eiusmodi deliramentis.

Quod si quis meo uelit uti consilio, statim à tradita loquendi ratione proponet ꝓuerbia Salomonis, Ecclesiasticum, & libꝝ Sapientiæ, nõ ut puer ab ostentatore interprete quatuor illis theologorum sensibus torqueat, sed ut paucis ac commode commonstret, si quid ad boni principis officium ꝑtinet. Cum primis autẽ inserendus ẽ amor & autoris & operis. Regno destinatus es, hic regnãdi docet artem. Regis es filius rex futurus, audies regem oĩm sapiẽtissimum, quid doceat filium suum, quem ad regni successionem præparat. Mox euangelia. Et hic magni referet, quibus modis ad amorem autoris & operis inflammet animus pueri.

Quæ primum le gẽda pri cipi.

Non parum etiam situ erit in dexteritate & commoditate interpretantis, ut breuiter, ut dilucide, ut plausibiliter etiam ac uiuide doceat, non omnia, sed q̃ potissimũ ad principis munus attinent, quæq; ad perniciosissimas uulgarium principum opiniones ex animo reuellendas faciunt. Tertio loco Plutarchi apophthegmata, deinde moralia: nihil enim his sanctius potest inueniri, cuius & uitas proponi malim, quàm cuiusquam alterius. Plutarcho proximum locum facile tribuerim Senecæ, qui scriptis suis mire extimulat & inflammat ad honesti stu-

dium, lectoris animum à sordidis curis in sublime subuehit, peculiariter ubiq; dedocens tyrannidẽ. Ex politicis Aristotelis, ex officiis Ciceronis permulta decerpere licebit non indigna cognitu. Sed sanctius hisce de rebus locutus est Plato, mea quidem sententia, & hunc ex parte secutus Cicero in libris de legibus: nam de republica interciderunt.

Historici quõ legẽdi.

Iam uero non negauerim, ex historicorum lectione pręcipuam colligi prudentiam, uerum ex iisdem summam perniciem hauries, nisi & præmunitus, & cum delectu legeris. Vide ne tibi imponant celebrata seculorum consensu nomina scriptorum aut ducum. Herodorus, Xenophon, uterq; gentilis fuit, & plerunq; pessimũ proponunt principis exemplar, etiam si in hoc ipsum scripserunt historiam, ut aut delectarẽt narratione, aut egregii ducis imaginem effingerent. Sallustius, Liuius multa quidem præclare, addo, erudite omnia, sed non omnia probant quæ narrant, & quædam probant, haudquaq̃ probanda principi Christiano. Cum Achillem audis, cum Xerxem, Cyrum, Darium, Iulium, ne quid te rapiat magni nominis præstigium: magnos ac furiosos latrones audis, sic enim illos aliquoties uocat Seneca.

Quõ & mala exẽpla ꝟtenda in bonum.

Et tamẽ si quid in horum gestis inciderit dignum bono principe, id curabis ceu gemmam è sterquilinio colligere. Nullus em̃ unquam fuit tyrannus usqueadeo illaudatus, qui non aliqua miscuerit, quæ si uirtute gesta non sint, certe ad uirtutis exẽplũ queãt accõmodari. Permulta sunt in Phalaridis epistolis, quæ sancto quoq; rege uideantur non indigna. Et satis regaliter in Perillum crudelitatis instigatorem, suum retorsit inuentum. Permulta furiose Alexãder, sed recte à Darii mulieribus captiuis abstinuit, & recte mulierem reduci domũ iussit, ubi sensit esse coniugatam. Hæc igitur è multis erunt excerpenda, & uehementius accendunt ethnicorum, aut illaudatorum hominum exempla. Si sic sibi temperauit tyrannus, & à Christo alienus, si iuuenis & uictor hanc sancti-

moniam præstiterit hostium fœminis, quid me facere conuenit erga meas principem Christianum? Si tantum fuit animi mulierculæ, quid à uiro præstari deceret? Si id probro datum est ethnico principi, & ab ethnicis, quanto studio mihi uitandum CHRISTI religionem profitenti?

Porro, quibus rationibus oporteat exempla per amplificationem cōferre, satis opinor indicauimus in libello de Copia rerꝫ. Cæterū & uitiosa exempla in bonū deflecti pñt. C. Cæsaris industriam, & animi sublimitatem, quam ille male pstitit ambitioni, tu bene impēde patriæ cōmodis. Clementiam, quam ille simulauit ad parādam fulciendāq́ꝫ tyrannidem, tu ex animo adhibe ad conciliandam ciuium tuorꝫ in te charitatem.

Quin pessimorum principum exempla nonnunq̃ magis accedūt ad ꝟtutem, q̃ optimorum aut mediocrium. Quem eñ non auocet ab auaritia, Titi Vespasiani uectigal è lotio collectum, & fœdissimo facto par dictum: Lucri bonus est odor ex re qualibet? Et execranda uox Neronis, q̃ solet mandare magistratui, scis, qd mihi sit opus, & cura, ne quis quid habeat? His rationibus fiet, ut quicquid obuium fuerit in historiographis, uertatur in exemplum recte agendi. **Exempla cōtraria.**

E tanta ducum turba, fac optimos tibi deligas, uelut Aristidem, Epaminundam, Octauium, Traianum, Antonium Pium, Alexandrum Mameam: nec hos tñ ita, ut totos uelis exprimere, sed quod in optimis sit optimum, id tibi deligas: alioquin est, quod uites etiam in Dauid ac Salomone, regibus à deo laudatis. **Ex optimis optima imitāda.**

Alioq, qd fingi possit insanius, q̃ hoiem Christi sacramētis initiatū, Alexandrū, Iuliū, aut Xerxem sibi ꝑponere, q̄rum uitam incessunt etiā ethnici scriptores, si quib. iudicium fuit paulo sanius? A quibus ut superari turpissimum est, si quid recte gesserunt, ita totos imitari uelle Christianum principem, extremæ dementiæ sit.

Præmonendus est princeps, ut nec ea, quæ in sacris uo

Vetus instrumentũ quō legendum.

luminibus legerit, continuo putet imitanda. Discat Hebræorum pugnas & cædes, immanitatem in hostes, ad allegoriam esse uocanda, alioqui pestiferam esse horum lectionem. Longe aliud permissum pro ratione temporis illi populo, aliud traditũ cœlesti populo Christianorũ.

Quoties princeps librum sumet in manum, hoc animo sumat, non ut delectetur, sed ut melior à lectione discedat. Facile inuenit, unde reddatur melior, qui hoc uehementer studet, ut melior fiat. Magna pars bonitatis est, uelle bonũ fieri, ueluti q morbũ ambitionis, aut iracundiæ, aut libidinis agnoscit & odit, & in hoc explicat librum, q̊ malo suo medeatur, is facile reperit, quo molestiam uel depellat, uel leniat.

Quō monendus princeps.

A nullis auditur uerũ syncerius, aut commodius, neq; minore pudore q̃ à libris. Sed tamen sic amicos assuefaciat princeps, ut qui libere monent, intelligant se gratiam inire. Est hoc quidem eorum, qui cum principe consuetudinem agunt, ut in tempore, ut commode, ut amice moneant, sed tamen conueniet etiam parum dextre monentibus ignoscere: ne recte monituri, ullo exẽplo deterreantur ab officio.

In graui tempestate quãtumuis docti nautæ patiunt sese à quouis admoneri. At regno nunquam deest tempestas. Quis satis laudarit Philippi Macedonum regis ciuilem prudentiam, qui liberum esse iussit eum, à quo clàm submonitus est, quod pallio subducto in genu parum decore sederet. Quod ille fecit in re leuicula, id multo magis faciendum principi in rebus patriæ periculosissimis, uelut in suscipiendis peregrinationibus, in nouandis legibus, in pangendis fœderibus, in mouendo bello.

Artes pacis.

IAm tametsi prisci scriptores uniuersam administrãdæ reip. rationem in duplices artes secuerũt, pacis & belli; & prior & p̃cipua cura debet esse principis

instituendi in his rationibus, quæ ad pacis tempora sapienter moderando pertinent. quibus hoc pro uirili conādum est, ne belli munijs unq̃ sit opus.

Qua quidē in re uidetur illud in primis docendus princeps, ut ditionem suam norit: id q̊d tribus rebus potissimū consequet, geographia, historia, & crebra regionū & urbium lustratione. Studeat igit in primis, regionum ac ciuitatū situm, originem, ingenium, instituta, consuetudines, leges, annales ac priuilegia cognoscere. Nemo pōt mederi corpori, nisi cognito. Nemo recte colit agrū, quem nō nouit. Atq; hæc qdem diligentissime curat tyrannus, sed animus, non res distinguit bonū principem. Inquirit corporis rōnem medicus, quo facili⁹ subueniat: inquirit & ueneficus, sed quo certius occidat.

Princeps suos nosse debet.

Proximum, ut amet eam regionem cui imperat, nec aliter in eam sit affectus, quàm in auitum fundū bonus agricola, aut in suā familiā uir bonus, & illud in primis studio habeat, ut acceptam reddat meliorem, cuicūq; successori traditurus, si liberi sunt, persuadeat patri pietas in filios: si minus, persuadeat principi pietas in patriam. Ac sibi subinde ceu faces admoueat, ad excitandā in suos charitatem. Cogitet regnum nihil aliud esse, q̃ ingens q̊ddam corpus, cuius ipse membrū aliquod insigne sit: dignos esse fauore, qui suas fortunas oēs, q suam incolumitatem, unius fidei commiserint. Frequent ingerat sibi eorum exempla, quib. ciuium suorū cōmoditas ipsa uita fuit antiquior, postremo fieri nō posse, ut princeps noceat reip. quin ipse sibi noceat.

Amor principis in suos.

Deinde modis omnib⁹ dabit operam, ut uicissim ametur à suis, sed ita, ut nihilo secius autoritate polleat apud eosdem. Ac bñuolentiam stultissime qdem incantamentis & anulis magicis sibi cōciliare nitunt, cum nullum sit incātamentū efficacius ipā uirtute, qua nihil esse potest amabilius, & ut ipsa uere bonum est, & immortalis, ita ueram & immortalem comparat homini beneuolentiam. Proximum huic philtron, ut amet, qui cupiat reda-

Ciuium erga pricipem beuolentia.

mari, ut eadem uia sibi adiungat ciues suos, qua deus sibi conciliat uniuersos, nempe benemerendo.

Falluntur & hi, qui largitionibus, epulis, praua indulgentia sibi multitudinis animos conciliant. Et paratur hisce rebus nonnulla popularis gratia potius, quàm beneuolentia, uerum ea neq; uera, neque duratura. Alitur interea mala populi cupiditas, quæ posteaquam, ut fit, in immensum increuit, iam nihil satis esse putat: & tumultuatur, nisi per omnia cupiditatibus responsum fuerit: atqui istud est corrumpere tuos, non conciliare. Et his rationibus solet usu uenire principi in populo, quod stultis maritis solet, qui uxorum amorem, quem uirtute & recte factis parare oportuit, blanditijs, muneribus, & obsequijs eblandiuntur. Fit enim deniq;, ut nec amentur, & pro frugi ac bene moratis, fastidiosas habeant & intractabiles, pro morigeris querulas & obstreperas. Aut quod euenire solet mulierculis, quæ uiros suos ueneficijs ad amorem adigere nituntur, ut pro sanis habeant dementes.

Quō parāda ppl'i beneuolētia.

Primum discat uxor, quomodo & quibus nominibus sit amandus maritus, deinde ille talem præstet, qui recte possit amari. Ita populus assuescat optimis, & princeps quod optimum est, præstet. Diu diligent, qui iudicio diligere cœperint.

In primis igitur, qui uolet amari à suis, eum præstet principem, qui mercatur amari: deinde nonnihil ꝓfuerit tenere rationem, qua commodius irrepat in animos oīm. Hoc primū agat princeps, ut qui sunt optimi, optime de se sentiant, & ab illis probetur, qui sunt omnibus probati: hos habeat familiares, hos in consilium adhibeat, hos ornet honoribus, hos plurimum apud se ualere patiatur. Ad hunc modum compendio fiet, ut omnes de principe quàmoptime sentiant, qui fons est omnis beneuolentiæ. Noui principes per se non ita malos, qui nō ob aliud in odium publicum uenerint, nisi quod nimiū licere paterentur ijs, de quibus uniuersa multitudo ma-

le sentiebat, ex horum moribus, principum ingenium æstimante populo.

Equidem optarim principem natū & educatum apd' eos, quibus sit imperaturus, q̄d optime coeat & coalescat amicitia, quoties à natura proficiscit initium beneuolentiæ. Vulgus & bona ignota horret oditq;: contrà, mala nota nonnunq̄ amantur. Ea res geminum adferet commodum: nam & princeps propensior erit in suos, & omnino magis pro suis habebit, & populus magis ex animo fauebit, & libentius agnoscet suū principem. Et hac de causa non perinde mihi probantur, receptæ iam principum cum exteris, & maxime cum semotis nationibus affinitates. Magnam uim ad beneuolentiam conciliandam habet genus & patria, & ueluti quidam communis utrisq; genius. Huius bonam perire partem necesse est, germanum illum ac natiuum affectum confundente matrimoniorum mixtura. Verum ubi natura mutuæ charitatis fecit initium, ibi conueniet eam cæteris item rationibus augere & cōfirmare, ubi secus est, ibi tāto soliciti' ad nitendū, ut mutuis officijs, & moribus fauore dignis, beneuolentia colligatur. Sed q̄d fit in coniugijs, ut initio uxor obsequat uiro, & uir nonnihil concedat & indulgeat uxoris ingenio, donec utroq; alteri cognito, paulatim coalescat amicitia, idem fieri conuenit in principe aliunde ascito. Mithridates oīm gentium quibus imperabat, linguas edidicerat, quas numero uigintiduas fuisse proditū est. Alexander Magnus apud quantumuis barbaras nationes agens, initio cultum & mores imitabatur, hac uia sese in illorum insinuans beneuolentiam. Idem laudatum est in Alcibiade.

Princeps natus & educatus apd' suos.

Affinitates principum noxiæ.

Mithridates.

Alex. Ma.

Alcibiades.

Nihil æque multitudinis animum alienat à principe, q̄ si foris agere gaudeat, q; negligi uideatur ab eo, cui p̄cipue uellet esse curæ. Tum q̄d exigit, qm̄ alibi consumitur, perire sibi putat, nec principi dari uectigal interpretatur, sed alienis prædam obijci. Proinde neq; patriæ qc q̄ molestius aut perniciosius, neq; principi periculosius,

ꝙ longinquę peregrinationes, præsertim si diutinę sint. Nam ea res, oim opinione, & Philippum nobis ademit, & non minus afflixit ditionem illius, quàm bellum tot iam annos cum Gelrijs gestum.

Philippi diutina absentia.

Vt inter apes rex medio agmine cingitur, nec usꝙ pro uolat, ut cor in meditullio corporis, ita conuenit princi pem semper obuersari inter suos.

Princeps in medio suorum.

Duæ potissimum res sunt, ut in Politicis tradit Aristo teles, quæ subuertunr imperia: odium, & contemptus. Odio opponit̃ beneuolentia, contemptui autoritas. Ita que principis partes erunt, diligenter obseruare quibus hæc parentur, illæ uitentur. Odium cōflatur sæuitia, uio lentia, contumelijs, morositate, difficultate, rapacitate. Et facilius concitatur odiū, ꝙ excitatum placetur. Modis omnibus igit̃ cauendū bono principi, ne qua occasione à charitate suorum excidat. Crede mihi, magno satellitio nudatur, qui fauore populi destituitur. Contrà, beneuo lentia multitudinis conciliatur his moribus, ut dicam in genere, qui plurimum absint à tyrannide, clementia, co mitate, æquitate, ciuilitate, benignitate. Benignitas ex- timulat ad officiū, præsertim si cōspexerint ijs esse præ- miū apud principem, q de repu. benemereantur. Clemē tia, male sibi conscios inuitat ad meliorem frugem, dum ueniæ spem ostēdit ijs, q superioris uitæ errata nouis stu deant pensare, grata interim & integerrimis cōtempla tione naturæ humanæ. Ciuilitas ubiꝗ aut amorem gi- gnit, aut certe lenit odium, uerum ea in magno princi- pe longe gratissima multitudini.

De tuendo imperio. Quæ res principē populo reddat inuisum. Quæ pariant beneuolentiam. Benignitas. Clementia. Ciuilitas.

Contemptus potissimum contrahit̃ studio uolupta- tum, libidinis, uinolentiæ, comesationum, aleæ, morio- num, scurrarum, tum autem stultitia socordiaꝗ. Et his diuersis rebus paratur auctoritas, nimirum prudētia, in tegritate, temperātia, sobrietate, & uigilātia. His igitur rebus sese commendet princeps, qui uere cupiat autori- tate pollere apud suos.

Contemptus unde

At ridicule quidā ita se magni habendos credunt apd'

suos si strepitu, cultu, luxúque sese quàmmaxime ostentent. Quis enim magnum putat, principem auro aut gemmis ornatum, cui norunt omnes, tantum esse quantum uult? Et interim quid aliud ostentat quàm calamitatem suorum ciuium, suo dispendio hunc alentium luxũ? Denique, quid aliud docet hac ratione suos, nisi seminarium scelerum omnium?

Strepitus ac luxus indecor⁹.

Sic colatur, sic uiuat bonus princeps, ut ex huius uita cæteri proceres ac ciues, frugalitatis ac sobrietatis exẽplum capere possint.

Vita principis.

Sic agat domi, ut nullius interuentu dep̄hendi possit. Et foris haud decet usq̃ principẽ cõspici, nisi semper aliquid agitantem, q̊d ad publicam faciat utilitatem.

Ex oratione certius quàm ex amictu principis anim⁹ cognoscit̃. Spargitur in uulgus quicquid ab ore principis fuerit exceptum. Proinde summã oportet eẽ curam, ut ea quæ loquitur ꝟtutem sapiãt, & mentem bono principe dignam præ se ferant.

Oratio principis

Nec p̄tereundum est Aristotelis hac in re consilium, ut principi qui uolet odium suoꝝ effugere, ac beneuolentiam alere: quæ sunt odiosa, deleget alijs: quæ plausibilia, per se faciat. Hoc pacto magna ꝑs inuidię defluet in eos, per quos res administrat̃, præsertim si fuerint & aliâs inuisi populo. Rursus in beneficijs solida gratia ad unum principem pertinebit.

Addam & illud, conduplicari beneficij gratiam, si cito, si alacriter, si ultro detur, & si uerbis amicis commendetur. Quod si quid negandum erit, id blande placideque fieri conueniet. Si quid puniendum, minuẽdum nõ nihil de præscripta legibus pœna, & ita sumendum supplicium, ut appareat principem huc inuitum descẽdisse. Neque satis est, si princeps suos unius mores integros & incorruptos præstet rei publicæ. Non minus adnitendum, ut quoad licet, uniuersam suam familiam, proceres, amicos, ministros, magistros sui similes habeat, hi membra sunt principis, & horum sceleribus confla-

Quõ dandum aut negandũ bñficium

Ministri & amici princi.

ctum odium in ipsum redundat principem. At istud diffi cillimum est, inquiet aliquis, facilius fuerit, si curet optimos in suam familiam allegere: deinde si fecerit, ut hi intelligant ea maxime placere principi, quæ maxime sint in rem populi: alioqui fit sæpenumero, ut negligēte aut etiam conniuente ad ea principe, sceleratissimi homines sub prætextu principis, tyrannidem exerceant in plebē: & dum uidentur illius agere negotium, pessime consulunt eius nomini.

Apophthegma.

Alioqui tolerabilior est reipu. status, ubi princeps ipse malus est, quàm ubi principis amici mali. Vnum tyrannū utcunq; ferimus. Quandoquidē unius auaritiā facile populus explet: unius libidini, nō magno negotio fit satis, unius sæuitiam satiare licet: at tot tyrānos explere grauissimum est.

Nouitas omnis piculosa.

Omnis nouatio quoad fieri poterit, fugienda principi. Nam etiamsi quid in melius commutetur, tamen ipsa nouitas offendit. Nec unq̄ sine tumultu commutatus est uel reip. status, uel publica ciuitatis consuetudo, ul' leges olim receptæ. Proinde, si quid erit eiusmodi, ut ferri possit, non erit innouādum: sed aut tolerare conueniet, aut commode ad meliorem usum deflectere. Rursum, si quid erit eius generis, ut tolerandum non sit, id erit corrigēdum, sed arte ac paulatim.

Scopus principis.

Permagni refert, quem scopū sibi proponat is, qui gerit principatum: nam si parum recte destinarit, tota aberret uia necessum est. Summum igitur boni principis decretum esse debet, ut non solum tueatur præsentē reipu. felicitatem, uerumetiam florentiorem reddat quàm acceperit.

Præpostera bonorū ratio.

Cæterum cum tria sint bonorum genera, ut Peripateticorꝫ more loquamur, uidelicet animi, corporis, & externa, cauendum erit, ne horum ratio præpostere habeatur, ut ciuitatis felicitatem externis illis bonis potissimum metiatur. Nam hæc quidem nō oportet alio pacto comparare, nisi quatenus ad animi corporisq; bona per-

tinent: hoc est, ita demum existimet ciues suos esse felicissimos, non si ditissimos habeat, aut optima corporis ualetudine, sed si iustissimos ac tẽperatissimos, si q̃minime cupidos, si q̃minime feroces aut factiosos, si q̃maxime cõcordes.

Cauendum & illud, ne pulcherrimarum rerũ falsis uocabulis decipiatur, quo quidẽ ẽ fonte quicquid est malorũ in urbe, ferè scatet ac ꝓficiscitur. Neq; eñ uera felicitas ẽ cum populus otio luxuq; diffluit: neq; uera libertas, ubi cuiq; quod libuit, licet. Nec seruitus est ad legũ honestarum ꝓscriptum uiuere: neq; tranquilla respu. cũ ad oẽm principis nutum obsecundat populus, sed cum bonis paretur legibus, & principi bene consulenti, iuxta legũ dictamẽ. Nec æqualitas est, idem omnium præmium, idem ius, idem honos, imò hæc est nonnunquam summa inæqualitas. Abusus uocabulorum.

Illud in primis admonendus est princeps gubernaculis admouendus, præcipuam reipu. spem sitam esse in recta educatione puerorum, id quod prudenter docuit Xenophon in institutiõe Cyri. Nam rudis ætas ad quamuis disciplinam sequax est. Proinde cum primis habenda cura de ludis publicis ac priuatis, de uirginum institutiõe, ut statim sub optimis & incorruptissimis præceptorib⁹, simul & Christum imbibant, & honestas literas reiq; publicæ salutares. Hac ratione fiet, ut nõ sit opus multis legibus, aut suppliciis, nimirum ciuibus suapte sponte qđ rectum est sequentibus. Scholæ publicæ & educatio.

Tantam uim habet educatio, ut Plato scripserit hominem recte institutum, in diuinum quoddam animal euadere: contrà, perperam educatũ, in immanissimam quandam degenerare beluam. Nihil autem magis refert principis, q̃ ut ciues suos habeat q̃optimos. Hõ in deum aut in beluã ṽtitur.

Danda erit igitur opa, ut ꝓtinus assuescant optimis, ꝓpterea quod quæuis musica suauissima est assuefactis. Et nihil est difficilius, quàm reuellere hominem ab his, quę longo iam usu in naturam abierũt. Nihil autem horum Optĩs assuescẽdũ.

fuerit admodum difficile, si princeps ipse quæ sunt optima sequetur.

Consulẽdum plebi, nõ abutendum illius affectibus.

Tyrannidem sapit, imò sycophanticum est, ita tractare plebem, ut immanem aliquam beluam tractare solẽt bestiarij, quibus id in primis studio est, ut obseruent quibus rebus deliniatur, aut irritetur, deinde utcunq; commodum uidet̃ commouent, aut demulcẽt, ut grauiter dictum est à Platone. Nam istud est abuti plebis affectibus, non illi consulere.

Aliqñ obsecundandũ pplo.

Quod si populus erit intractabilis, & suoipsius bono repugnans, tum aut obsecundandum erit ad tempus, & paulatim ad tuum institutum inducendus, uel arte quapiam, uel fuco salutari. Quemadmodum uinum cũ bibit, primum paret, donec sensim illapsum uenis, totum hominem in suum ius rapiat.

Et si nonnunquam negotiorum procellæ, & opiniones publicæ, principem nonnihil reuocant ab instituto, cogiturq́; seruire tempori, tamẽ haud desinet, quoad potest reniti, & quod hac non successit, alia conari uia.

De uectigalibus & exactionibus.

Cauendæ exactiões iniquæ.

SI quis excutiat ueterum annales, reperiet plerasq; seditiones ex immodicis exactionibus ortas fuisse. Proinde curandum erit bono principi, ut quàm minimum irritent̃ hisce rebus animi plebis. Gratuito si potest imperet. Sublimius est principis officium, q̃ ut mercenarium esse deceat. Et bonus princeps habet, quicquid ciues possident amantes.

Princeps conscientia recte factorũ cõtentus.

Fuere complures ethnici, q ex rebus bene pro repub. gestis, nihil in ædes suas intulerunt, præter gloriam. Fuit unus & alter, qui hanc quoq; contẽpserint, ueluti Fab. Max. & Antonius Pius. Quanto magis oportet Christianum principem, conscientia recti contẽtum esse, præsertim cum ei militet, qui nullum recte factum non amplissimis præmijs repensat?

Sunt quidam q nihil aliud agāt apud principes, quàm ut nouis subinde titulis repertis quamplurimum emungatur à populo, ac tum se principum rebus probe consulere credunt, perinde quasi hostes sint suorum ciuium. Atqui hos qui libenter audit, is sciat se à principis uocabulo plurimum abesse.

Cōsiliarij mali.

Hoc potius studendū, & in hoc excogitandæ rationes, ut q̃ potest minimum exigat̃ à populo. Cōmodissima fuerit augendi uectigalis ratio, si princeps sumptus supuacaneos amputauerit, si ministeria otiosa reiecerit, si bella & his simillimas peregrinationes uitauerit, si officiorum rapacitatē cohibuerit, & si magis studeat recte administrandæ ditioni suæ, q̃ ꝓpagandæ.

Quō minuēdę exactiones.

Alioq si exactiones auaritia metietur aut ambitione, quis tandē futurus est exigendi uel modus uel finis? Qñquidem infinita est cupiditas, & semp urget & intendit quod cœpit, donec iuxta ꝓuerbium uetus, nimiū tensus rumpat̃ funiculus, & in seditionem demū erumpat uicta populi patientia, quæ res florentissimis quondam imperijs exitium attulit.

Cupiditas immēsa.

Quod si necessitas flagitat, exigi nonnihil à populo, tū boni principis est, id his rōnibus facere, ut q̃ minimū incommodoꝝ ꝑueniat ad tenues. Nā diuites ad frugalitatē uocare fortassis expedit. At pauperes ad famem & laqueum adigi, tū inhumanissimum est, tum parum tutum.

Rō q̃ nō grauent̃ tenues.

Illud etiam atq; etiam secū cogitet pius rex, dum studet augere suum satellitium, dum neptem aut sororem splendide uult elocare, dū liberos omneis sibi pares reddere, dū ꝓceres suos locupletare, dū ꝑegrinando opes suas gentibus ostentare, q̃ inhumanum est, ob hæc tot hominū milia domi cū uxoribus & liberis fame necari, inuolui ære alieno, ad rerum omnium desperationem adigi. Nec eñ istos uel inter homines recensuerim, nedum inter principes, qui è paupculis extorquēt, q̊d turpiter ꝑdant scortis aut alea. Et hmōi quosdam audimus esse, qui hoc quoq; ius suum esse putent.

Sumptus principū ad ostētationē aut uoluptatem.

Quin & illud secum expendat, quicqd semel inductū fuerit per occasionem temporum, quod ad principis aut ꝓcerum lucrum attinere uideatur, id nunquā potest abo leri, cum sublata exigendi necessitate, non modo tollendum esset onus populi, uerumetiam sarciendum ac reponendum, quoad fieri possit superiorum tempoꝝ dispendium. Proinde qui bene uult populo suo, cauebit exemplum pestilens inducere. Quod si gaudet calamitate suorum, aut eum negligit, nihil minus est q̄ princeps, quocūq; uocetur nomine.

Periculosum exēplū exactionum.

Curandum interim, ne nimia sit opum inæqualitas, non ꝙ quenq̄ per uim bonis exui uelim, sed quod ijs rationibus utēdum, ne multitudinis opes ad paucos quosdā cōferant. Nam Plato ciues suos neq; nimium diuites esse uult, neq; rursus admodū pauperes, ꝙ pauper ꝓdesse nō possit, diues arte sua ꝓdesse nolit.

Aequalitas fortunarum.

Quid, quod ne locupletantur qdem aliquoties exactionibus huiusmodi principes? Id qui cupit cognoscere, recenseat quāto minus proaui receperint à suis, & quanto beneficentiores fuerint, quantoq; magis rebus omnibus abundarint, ꝙ bona pars horum inter digitos exigentium & recipientium dilabatur, & minima pars ad ipsum redeat principem.

Exactiones magis ditant alios q̄ principem.

Quarum igitur rerum usus infimæ quoq; plebi cōmunis est, has q̄minimum grauabit bonus princeps, ueluti frumenti, panis, ceruisiæ, uini, pannorum, ac cæterarum item reꝝ, sine quibus humana uita nō potest transigi. At qui hæc nunc potissimum onerant, idq; non uno modo, primum grauissimis exactionibus, quas redemptores extorquent, uulgus acisias uocat: deinde portorijs, quæ & ipsa suos habēt redemptores, postremo monopolijs, ex quibus ut paululum compendij redeat ad principem, dispendio mulctantur tenues.

Quæ res exactionibus grauādæ.

Igitur optime quidem, ut dictum est, augetur principis census, contractis impendijs, & hic quoq;, iuxta ꝓuerbium, magnum uectigal parsimonia est, tamen si uitari

Magnum uectigal ꝑsimonia

nõ poteſt qn exigať ali qd, & ita res populi flagitet, onerentur barbaræ ac ꝑegrinæ merces, quæ non tam ad uitæ faciunt neceſſitatẽ, q̃ ad luxũ ac delicias, & quaꝝ uſus diuitum eſt peculiaris ueluti byſſus, ſerica, purpura, piꝑ, aromata, unguenta, gemmę, & ſi quid eſt aliud huius generis. Nam hinc incõmodum ſentient ij tantũ, quoꝝ fortunæ ferre poſſint, nec ob hanc iacturam ad inopiam redigenť, ſed fortaſſe reddenť frugaliores, ut pecunię iactura, morum bono ſarciať.

In cudenda moneta bonus princeps p̃ſtabit eam fidẽ, quã & deo debet & populo, neq; ſibi ꝑmittet, q̊d atrociſſimis ſupplicijs punit ĩ alijs. Hac in re quatuor fermè modis expilari populus ſolet, id quod nos aliq̃diu uidimus à morte Caroli, cũ diutina anarchia, quauis tyrannide ꝑniciosior ditionẽ tuã affligeret. Primũ, ubi nũmiſmatis materia mixtura quapiam uitiať, deinde cũ ponderi detrahitur, p̃terea cum circumciſione minuiť, poſtremo, cũ æſtimatio nunc intendiť, nunc remittitur, utcunq; uiſum eſt principis fiſco conducere. — De monẽta principis.

De beneficentia principis.

CVm ꝓpria bonorum principum laus ſit, benignitas ac beneficentia, qua tandẽ fronte principis uocabulum ſibi uindicant, q̃bus oĩm conſilioꝝ ſumma huc tendit, ut cunctoꝝ incommodo, ſuis conſulãt rõnibus? In hoc igiť erit ingenioſus ac uigilans princeps, q̃ pacto poſſit de omnibus bñmereri, quę res non eſt tantũ in dando ſita. Alios iuuabit liberalitate, alios fauore ſubleuabit, alios afflictos autoritate ſua liberabit, nonnullis ingenio conſulet. Et hoc animo erit, ut eũ diem ſibi ꝑiſſe putet, quo nõ bñficio ſuo iuuerit aliquem.

Nec tamen temere collocanda eſt principis liberalitas. Sunt enim qui inclementer extorqueant à bonis ciuibus quod in moriones, delatores, & uoluptatum miniſtros effundant, Intelligat reſp. ijs potiſſimũ expoſitam prin- — Bñfaciendũ de rep. bñ merẽtibus.

cipis benignitatem, q publicis cõmodis q̃maxime consu lant. Virtuti præmium sit non affectui.

Ita bñ merendũ ne quẽ lędas

Illud beneficentiæ genus maxime sectandum est principi, quod cum nullius incõmodo aut certe iniuria coniunctum est. Nam alios spoliare, ut dites alios: hos pessundare, ut illos euehas, adeo nõ est beneficium, ut geminũ potius sit maleficium p̃sertim si quod indignis ademptũ est, ad indignos transferatur.

Aduẽtus boni prĩcipis oĩb⁹ salutaris.

Non abs re fictis poetarum fabulis proditum est, deos nusquã accedere solitos, nisi magno quopiam bono eorum, à quibus excipiebantur. At cum aduentante principe, ciues si quid est elegantius in supellectile addunt, filias insigni forma recludunt, adolescentes ablegãt, opes dissimulant, ac modis omnibus contrahunt sese, nonne re ipsa satis indicant, quam de eo habeant opinionem, cum id faciunt, quod facerent aduentente hoste aut prædone, cum ad principis aduentum iis timent, quæ illius officii fuerat tueri, si quis forte insidias aut uim pararet? Ab aliis timent insidias, ab illo uim quoq;, cum alius queritur se pulsatum, alius abductam uirginem, alius stupratam uxorem, alius negatam mercedulam: papæ, quantum hic aduentus abest ab illa deorum imagine, cum ciuitatum, ut est quæque florentissima, ita maxime suspectum habet principem. Cum ad principis aduentum sceleratiores exiliunt, optimus quisque & cordatissimus cauet & contrahitur, ut nihil loquantur, certe factis prædicant, quam habeant de principe opinionem. At respõdeat aliquis: Non possum meoꝝ omnium continere manus, ego quod in me est præsto. Fac intelligant tui, id te uehemẽter & ex animo uelle: dispeream, ni continebũt. Et ita demum populo fidem facies, hæc inuito te fieri, si non patieris impune fieri.

Christiani pricip. bñ mereri de oĩb⁹

Fortassis ethnico principi satis erat in suos esse benignum in exteros iustum modo. At Christiani principis est nullum pro extero ducere, nisi qui sit alienus à Christi sacramentis, ac ne hos quidem iniuriis lacessere, suos,

quidem ciues in primis agnoscere, cæterum de omnibus benemereri, de quibus possit.

Quanquam illud ꝑpetuo studendum est principi, ne cuiquam omnino fiat iniuria, tamen iuxta Platonis sententiam, diligentius est cauendum, ne quid lædantur hospites, q̃ ne ciues, propterea ꝙ hospites amicorum & cognatorũ auxilio destituti, magis obnoxij sunt iniurijs, unde & Iouẽ ultorem habere putabant, cui ex re Xenio fecere nomen. Aequitas erga exteros.

De legibus condendis aut emendandis.

OPtimæ leges sub optimo principe, præcipue beatam reddunt ciuitatem aut regnum, cuius tum felicissimus est status, cum principi paretur ab omnibus, atq; ipse princeps paret legibus, leges aũt ad archetypum æqui & honesti respondent, nec alio spectãt, quàm ad rem communem in melius prouehendam.

Bonus, sapiens, & incorruptus princeps, nihil aliud ẽ, quàm uiua quædam lex. Dabit igit operam, non ut multas condat leges, sed ut q̃optimas, maximeq; reipub. salutares. Nam bene institutæ ciuitati, sub bono principe, & integris magistratibus, paucissimæ leges sufficient, sin secus fuerit, nullæ q̃libet multæ satis erũt. Non optime agitur cũ ęgrotis, quoties indoctus medicus pharmaca pharmacis accumulat. Paucæ leges, sed optimæ.

In condendis aũt legibus illud in primis cauendũ erit, ne quid oleãt fisci lucrum, ne priuatam procerum commoditatem, sed ad exemplar honesti, & ad publicam utilitatem referantur omnia, & eam utilitatem nõ ad uulgarem opinionem, sed ad sapientiæ regulã exigant, quã oportet ubiq; principibus in consilio esse, alioqui ne lex quidem erit, fatẽtibus & ethnicis, ni iusta sit, ni æqua, ni publicis cõmodis cõsulens. Nec ꝓtinus lex est, quod principi placuit, sed quod sapiẽti bonoq; principi placuit, cui nihil placet, nisi quod honestum & ẽ republica sit. Quod Lex pub. utilitatẽ spectet.

ſi diſtorta fuerit regula, ad quam exæquanda fuerãt pra ua, quid futurum eſt, niſi ut per huiuſmodi leges, etiam q̃ recta fuerant deprauentur?

Et Plato uult leges eſſe q̃ pauciſſimas, maxime de rebus leuiorib. ueluti de pactis, commercijs, uectigalibus. Nec em̃ ex multitudine legũ naſci ſalutẽ reip. nõ magis q̃ ex multitudine pharmacorum. Vbi princeps integer eſt, & officio ſuo fungũtur magiſtratus, nihil opus multis legibus, ubi ſecus habet, ibi legum abuſus in perniciem uertitur reip. dum & bene conditæ leges, horum improbitate aliò detorquentur.

Officit etiã legũ multitudo

Iure notatus eſt Dionyſius ille Syracuſanus, qui tyrannico conſilio plurimas tulit leges, alias ſuper alias ingerens, easq; ut ſit à populo negligi patiebatur, q̊ cunctos ad hunc modum ſibi redderet obnoxios. At iſtud nõ eſt leges condere, ſed laqueos tendere.

Inſidioſæ leges.

Et merito rep̃henſus eſt Epitades, qui legem tulit, ut liberum eſſet cuiq; cui uellet ſua relinquere, hoc interim agens ut ip̃e filiũ quẽ oderat, poſſet exhæredare. At primum nõ intelligebat pp̃l'us hoĩs technam, uerum ea res deinde grauem perniciem attulit reipublicæ.

Epitades callidus.

Eiuſmodi leges proponat princeps, q̃ non ſolũ pœnã denuncient ſontibus, uerumetiam quæ perſuadeant non eſſe peccandum. Proinde errant, qui putant leges pauciſſimis ỽbis eſſe comprehendendas, ut tantum iubeãt, nõ etiam doceant: imò magis in hoc ſint occupatæ, ut deterreant à peccando rationibus q̃ pœnis. Etiam ſi hanc Platonis ſententiam non approbat Seneca, ſed audacter hoc quidem magis q̃ erudite.

Leges ſuadeant magis, q̃ minentur.

Seneca à Platone diſſentiẽs

Idem non permittit iuuenibus diſputare de æquitate legis, ſenioribus permittit moderate. Verũ ut non ẽ uulgi temere cẽſere leges principum, ita principis eſt curare, ut eas ferat leges, quæ bonis omnib⁹ placeant, ut meminerit infimis etiam ſenſum eſſe cõmunem. Laudatus eſt in hoc M. Antonius Pius, quod nihil unquam egerit, quod omnibus per literas etiam non conatus ſit appro-

Nõ temere quis diſputet de legibus.

Antoni⁹ optimus

bare redditis causis cur id iudicarit expedire reipublicę.

Eleganter Xenophon in œconomicis prodidit, cætera quoq; animantia duabus rebus potissimum adduci ad obtemperandum: cibo, si quod fuerit abiectius: aut delinimento, si generosius, uelut equus: & plagis, si cõtumacius, uelut asinus. At homo cum sit animal oĩm gñosissimum, non tam minis ac supplicijs cogi, q̃ p̃mijs oportebit ad officium inuitari legibus.

Leges igitur non solum pœnam irrogent delinquentib. sed p̃mijs quoq; ꝓuocent ad bene merẽdum de repu. Quod genus multas fuisse uidemus apud ueteres. Si quis fortiter fecisset in bello, optabat præmium: & si cecidisset, liberi ex publico alebanť. Si quis ciuẽ seruasset, si qs hostem à mœnibus depulisset, si quis salubri consilio succurrisset reipub. erat officio præmium. — Lges p̃mis inuitẽt

Quanq̃ autem egregij ciuis est, uel nullo proposito p̃mio, quod optimum est sequi, tamen expedit huiusmodi illectamentis rudium adhuc ciuium animos ad honesti studium inflammare. — Præmia rudes inuitant.

Qui generoso sunt animo, honore magis capiuntur: qui sordidiore, lucro quoq; ducunť. Oĩbus igiť hisce rationib. lex solicitabit, honore & ignominia, lucro ac damno. Porrò qui prorsus seruili sunt ingenio, uel potius beluino, hi uinculis ac flagris domandi sunt. — Quæ qb⁹ adhibẽda

Ad huiusmodi honoris & ignominiæ sensum iam inde à pueritia assuescant ciues, ut intelligant non opibus, aut stemmatis deberi præmium, sed recte factis.

In summa, huc modis oĩbus spectet principis uigilantia, non ut tm̃ puniãtur admissa, sed illò multo magis respiciat & incũbat, hoc in primis agat, ut caueat, ne quid admittať supplicio dignum. — In primis agẽdũ ne cõmittantur punienda.

Vt enim melior medicus, qui morbum excludit & arcet, q̃ qui pharmacis expellat acceptũ: ita non paulo præstabilius est efficere, ne facinora patrentur, q̃ si perpetrata puniantur. Id aũt fiet, si causas ex quibus animaduerterit potissimũ nasci flagitia, uel recidat si queat, uel cer-

te premat & attenuet.

Vitiosa opinio fōs malorꝝ.

Primum igitur ex uitiosis de rebus opinionibus, ut dictum est, uelut è corruptis fontibus maxima pars facinorū scatet. Id igitꝰ in primis agendū, ut ciues habeas optimis institutos rationibus: deinde magistratus non solū sapientes, uerūetiam incorruptos.

Sero ad supplicia ueniendū

Ac recte monet Plato, nihil nō tentandū, & omnem quod aiunt, mouendum esse lapidem, priusquam ad ultimum ueniatꝰ suppliciū. Agendū argumentis, ne quis peccare uelit, deinde deterrendi metu numinis malefactorꝝ uindicis, præterea minis supplicij. Quibus si nihil proficitur, ad supplicia ueniendum, sed leuiora, quæ medeantur malo, non quæ tollant hominem. Quod si nihil horum procedit, tum deniq; ceu membrum deploratum & immedicabile, ab inuito legibus resecādum, ne pars syncera trahatur in uitium.

Sananda mala, nō tollendi homines

Quemadmodum fidus ac doctus medicus nō adhibet sectionem aut ustionem, si malagmate, aut potione tolli malum possit, nec unꝗ ad illa descendit nisi morbo coactus: ita princeps omnia tentabit remedia, priusquā ad capitale suppliciū ueniat, cogitans rempub. unū esse corpus, at nemo mēbrꝝ amputat, si diuersa uia possit sanitati restitui.

Vt probus medicus in apparandis remedijs haud aliò spectat, quàm ut ꝗminimo ægrotantis periculo morbus pellatꝰ: ita bonus princeps in condendis legibus non aliò respiciet, ꝗ ad publicā utilitatem, utq; populi malis ꝗminimo medeatꝰ incommodo.

Occasio maleficiorꝝ, ꝓficiorū ꝓfliganda.

Bona facinorꝝ pars hinc potissimū nascitꝰ, ꝙ ubiq; plurimi fiant diuitiæ, contempta sit paupertas. Dabit igitur princeps operam, ut sui ciues uirtute ac moribus æstimētur, non censu. Idq; primū in seipso ac suis exhibeat. Qđ si conspexerint principem ostentare diuitias, & apud illum ut quisq; ditissimus est, ita plurimi fieri, ad magistratus, ad honores, ad officia nummis patere uiam, istis nimirum rebus incitantur animi multitudinis, ad opes

per fas nefasq́ parandas.

Et ut magis in genere loquamur, pleraq́ rerũpublicarum oĩm sentina ex otio nascit, quod diuersis rationib9 affectant omnes, cui q semel assueti sunt, si desit quo alãt illud, ad malas artes confugiunt. Hoc igitur aget principis uigilantia, ut quãtum potest minimam habeat inter suos turbam otiosorum, & aut ad opus adigat, aut expellat è ciuitate. — *Otiosi pellendi.*

Plato mendicos omnes procul è sua rep. pellendos putat. Quod si qui senio morboúe fracti, suos non habent à quibus alunt, ĳs gerontotrophĳs & nosontotrophĳs publicis consulendum erit. Qui ualet, & paruo contentus est, non eget mendicitate. — *Mendici.*

Sacrificulos qui ad quæstum sacra quædam circunferebant oppidatim, quo religionis prætextu sectarent otiũ ac luxũ, Massylienses in ciuitatẽ suã non recipiebant. Et fortassis expediat reipub. monasteriorum esse modum. Est enim & hoc otij genus quoddam, præsertim quorum uita parũ probata fuerit, & otiosam ignauamq́ transigãt uitam. Quod de monasterĳs dico, idem de collegĳs sentiendum. — *Sacerdotes supuacanei. Monasteria & collegia supuacanea.*

Ad hoc genus pertinent redemptores, institores, fœneratores, proxenetæ, lenones, custodes uillarum, ac uinariorum: grex ministrorum, ac stipatorum, qui apud nõnullos tantum ambitionis aluntur gratia. His cum non suppetit, quod luxus otij comes efflagitat, ad malas artes degenerant.

Est & militiæ negotiosum otij genus, sed multo pestilentissimum, ex quo semel omnium bonarum rerum exitiũ, & omnium malarum rerum colluuies proficiscitur. Hæc igit flagitiorum seminaria, si princeps arcebit è suo regno, multo minus erit, quod legibus puniat. — *Militum gñs pessimum.*

Habendus igitur honos utilibus artificĳs, nec iners otium nobilitatis titulo donandum, ut obiter & hoc indicem: Non quo bene natis suum honorem detraham, si rñdeant maiorum imaginibus, & ĳs rebus præcellãt, quæ — *Vera nobilitas.*

primum nobilitatem pepererunt. Alioqui si tales hodie plerosq; uidemus molles otio, uoluptatibus effœminati, omnium bonarum artium imperiti, tamen belli comesatores, strenui aleatores, ne quid dicam obscœnius, quid est obscero, cur hoc hominum genus calcearijs aut agricolis preferatur? Nam olim patritijs otium datum est à sordidioribus opificijs non ad nugandum, sed discendas eas disciplinas, quae ad rempub. administrandam faciunt.

Patritiorum otium antiquitus.

Ne sit igitur turpe, si ciues opulenti aut patritij suos liberos artem doceant sedentariam. Primum dum eius studio detinentur adolescentuli, coercebuntur à multis flagitijs: deinde, si nihil erit opus arte, ea neminem onerat. Sin (ut est instabilis rerum humanarumque fortuna) deerit, tum artem non modo quæuis terra, sicut habet prouerbium, sed quæuis etiam alit fortuna.

Ex luxu multa mala.

Veteres illi, quoniam intelligebant plurimum malorum nasci ex luxu & profusione, sumptuarijs legibus occurrerunt, creatis in hoc censoribus, qui immodica impendia in conuiuijs, in uestitu, aut in ædificijs cohiberent. Id si cui durum uidetur, non licere cuiq; suis rebus pro sua uti & abuti libidine, cogitet multo durius esse ciuium mores per luxum eò delabi, ut capitis supplicio sit opus, & humanius esse, cogi ad frugalitatem, quam uitijs ferri in perniciem.

Incorrupti magistratus.

Nihil inutilius quàm ex admissis ciuium, lucrum redire ad magistratus. Nam qui dabit operam, ut quàmminimum existat malorum, cui expedit quàmplurimos esse nocentes?

Multæ quo conferendæ

Et par est, & apud priscos fieri consueuit, ut multitia pecunia potissimum ad eum rediret, qui læsus esset, nonnulla portio ad ærarium publicum, in uehementer odiosis nonnihil etiam ad delatorem. Verum hoc odij, non priuato cuiusquam affectu, sed reipub. commodo aut incommodo metiendum.

Infimis minime nocendum.

Illud in uniuersum spectent leges, ne cui fiat iniuria, nec pauperi, nec diuiti, nec nobili, nec obscuro, nec ser-

uo, nec libero, neq; magiſtratui, nec priuato. Verum in hanc partem magis propendeāt, ut imbecillioribus ſubueniatur, quod humiliorum fortuna magis expoſita ſit iniurijs. Quod igitur in fortunæ præſidijs diminutū eſt, id legū exæquet humanitas. Proinde acrius puniant uiolatum pauperem, quàm offenſum diuitem: corruptū magiſtratum, quàm ꝑfidum plebeium, facinoroſum patritium quàm obſcurum.

Cum iuxta Platonem duplex ſit pœnæ genus, in altero uidēdum eſt, ne ſupplicium acerbius ſit, quàm ꝓ re cōmiſſa: ideoq; non erit temere ad ultimū ſuppliciū ueniēdum, neq; facinoris ratio noſtris erit æſtimanda cupiditatibus, ſed ęquo atq; honeſto. Cur enim paſſim ſimplex furtum capite punit, & adulterium penè impunitum eſt, idq; contra ueterū omnium leges, niſi quod apud omnes nimiū in pretio eſt pecunia. & huius iacturam nō ex re, ſed ex ſuo metiunt animo? Cur aūt hodie minus ſæuiat in adulteros, in quos olim uehementer ſęuiebant leges, non eſt huius loci rationem reddere. Pœna exēpli raro utendū.

Ad alterū genus, q̊d ille uocat exempli, perq̄ raro ueniendū erit, nec tam agendū, ut immanitate pœnę deterreantur cæteri, q̄ nouitate. Nihil eſt eīn tā horrendū, qd' non contemnat aſſuetudine: nec aliud inutilius, q̄ ciues ſupplicijs aſſueſcere. Pœna exempli.

Vt in morbis non ſunt tentanda noua remedia, ſi ueteribus ſuccurri malo poſſit: ita non ſunt condendæ nouæ leges, ſi ueteres miniſtrent aliquid, quo malis reipublicæ medearis.

Leges inutiles ſi ſine magno malo non queant abrogari, paulatim ſunt antiquandæ, aut certe corrigendæ. Nam ut periculoſum eſt, temere nouare leges, ita neceſſe eſt, ut curationem pro corporū ratione, ſic leges ad præſentem reipub. ſtatū accommodare, quædam ſalubriter inſtituta, ſalubrius abrogant.

Multæ leges recte quidem ſunt inſtitutæ, ſed eas officiorum prauitas ad peſſimos uſus detorſit. Nihil autem Abuſus legū etiam bonaꝝ.

perniciosius bona lege, ad malas res deflexa. Ab his igit tollendis aut emendandis, non oportet principem fisci iactura deterreri. Nec enim compendium est, quod sit cū honesti dispēdio coniunctum, maxime cum sint eius generis, ut plausibilis etiam sit earum abrogatio. Neq; vo sibi blandiatur, si leges huiusmodi compluribus in locis inualuerunt, ac diutina iam consuetudine inueteratæ sunt. Nec enim hominum numero constat honesti natura, & hoc diligentius est tollendum, quo magis inueterauit malum.

Cōsuetudo nō excusat errorem.

Et ut unam atq; alteram exempli gratia commemorem, receptum est nonnullis in locis, ut peregre mortui bona occupet præfectus aliquis regis nomine. Id cum salubriter sit institutum, nempe ne hospitis res sibi uindicent, ad quos iure non pertinent, & tantisper sint in manibus præfecti, donec extēt hæredes certi, nunc iniquissime huc detortum est, ut siue extet hæres, siue non extet, hospitis bona ad fiscum pertineant.

Exēpla.

Recte quondam institutū, ut quod apud furem deprehensum repertum esset rerum, id princeps aut huius nomine magistratus occuparet, nimirū ob id, ne si passim eas uendicandi ius esset, per fraudem ad alienos dominos aberrent, uerum simulatq; constaret cuius essent, tū illi restituerētur. At nunc quidam quicquid apud furem compererint, id non minus suum esse ducunt, ac si ex paterna hæreditate obuenisset. Quod & ipsi satis intelligunt impudēter iniquum esse, sed honesti ratio lucri ratione uincitur.

Abusus conditarū legum

Olim bono consilio fuit inductum, ut in confinijs ditionum essent præfecti, qui importationum aut exportationum curam agerent, nimirum quo negotiator aut uiator tutus à latrocinijs commearet: ut si qd cui foret ereptum, princeps intra suæ quisq; ditionis limites curaret, uti nec damno plecteretur negotiator, nec prædo esset impunitus: & fortasse tum ciuilitatis gratia dari cœptū est nonnihil à negotiatoribus. At nunc passim huiusmo

De portorijs.

di portorijs retinetur uiator, uexantur hospites, expilātur negotiatores, & cum indies crescat exactio, tamē de tuendis illis nulla mentio est. Ita cuius gratia primū constitutio nata fuit, penitus sublatum est, & res salubriter instituta, uitio administrantium prorsus in tyrannidem uersa est.

Constitutum est olim, ut res naufragio eiectæ, præfecto maris occuparentur, non ut in illius aut in principis ius caderent, sed ut per hos caueretur, ne ab iniustis dominis occuparētur: & ita demum publicæ fierent, si nullus extaret, qui iure uindicaret. At hodie quibusdam in locis, quicquid quocūq; modo perijt in mari, id uelut suum occupat præfectus, ipso mari immitior. Nam quod tēpestas reliquum fecit miseris, id ille uelut altera tempestas eripit.

De naufragio eiectis.

Vide igitur ut omnia in aduersum exierint. Fur punitur, quod rem alienam occuparit: atqui idem facit magistratus, in hoc adhibitus ne fieret, & per hūc bis spoliatē dominus rei, in hoc ipsum constitutum, ne quid cui periret. Et per hos maxime uexantur ac spoliantur negotiatores, qui hoc cōsilio sunt inducti, ne uexaretur aut spoliaretur uiator. Et per hos fit, ne bona redeāt ad iustum dominum, quos lex in hoc adhibuerat, ne penes alienū dn̄m essent. Sunt huiusmodi plurimæ cōstitutiones, apd multas nationes non minus iniquæ, quàm ipa iniquitas. Verū nō est huius instituti remp. ullā taxare: has ut oīm ferè cōmunes, & oīm iudicio damnatas, docēdi gratia recensuimus. Et sunt fortasse quæ citra tumultum antiquari non possint: at horū antiquatio fauorem etiam concilia at principi, & qua nullum lucrum oportet uideri maius honestā opinionem.

Leges deprauatæ in diuersum exitum

Vt principe, sic lege nihil oportet esse communius aut æquius: alioqui fit, ut q̄d egregie Græcus ille sapiens dixit: Nihil aliud sint leges quàm casses araneaȝ, quos maiores aues facile perrūpunt, muscis duntaxat irretitis.

Leges obligāt oēs ex æquo.

Quemadmodū princeps, ita & lex semper esse debet

Nemo facile dānet

propenſior ad ignoſcendum quàm ad puniendum, ſiue quod per ſe benignius, ſiue quod magis reſpõdet ad mores dei, cuius ira lentiſſime ad uindictã procedit, ſiue q̊d non recte elapſus, ad pœnam repeti poteſt, iniuſte dãnato ſuccurri non põteſt. Is etiam ſi non periſt, quis tamen alterius æſtimabit dolorem?

Crimẽ læſæ maieſtatis publico cõmodo metiendum.

Legimus olim huiuſmodi fuiſſe non principes, ſed tyrannos, à quorum factis oporret Chriſtianum principẽ quàmlongiſſime abeſſe, qui ſcelera commiſſa, ſuis priuatis incommodis æſtimarent, ut ijs leue furtum eſſet, ſi quis pauperculum bonis nudatum, unà cum uxore & liberis ad laqueũ aut mendicitatẽ adigat: grauiſſimum uero & multis dignum crucibus, ſi quis principalem fiſcũ, aut rapacem quæſtorem uel nummulo fraudaſſet. Item maieſtatem læſam clamitarent, ſi quis de peſſimo quoq; principe mutiret, aut de peſtilente magiſtratu paulo liberius loqueretur, cum Adrianus imperator ethnicus, alioqui nec inter bonos habendus principes, læſæ maieſtatis crimen nunquam admiſerit: & ne crudeliſſimus quidem Nero delationes huiuſmodi admodum affectarit Et alius quidam, neglectis in totum huiuſmodi criminibus dixerit: In ciuitate libera, linguas item liberas eſſe oportet.

Adrianus

Nero

Quibus maxime ignoſcit princeps.

Nullis igitur commiſſis facilius ac libentius ignoſcet bonus princeps, quàm quæ ad priuatam ſuam iniuriam pertinent. Nam cui facilius eſt eiuſmodi contemnere quàm principi? At huic ulciſci quàm facile eſt, tam eſt inuidioſum & indecorum. Cum eñ ultio puſilli & humilis animi ſit argumentũ, nihil minus competit in principem, quem oportet animo eſſe excelſo magnoq;.

Nõ ſatis eſt principẽ ab omni crimine abeſſe, ni criminis etiã ſuſpicione ſpecieq; uacauerit. Quãobrem nõ ſolum perpendit quid mereatur is qui deliquit in principẽ, ſed quid alij iudicaturi ſint de principe, & ſuæ dignitatis reſpectu nõnunq̃ ignoſcet immerenti, & ſuæ conſulens famæ, ueniam dabit uenia indignis.

Neq; statim illud occlamet aliquis, hac ratione parũ consuli principum maiestati, quam sacrosanctam & inuiolatam esse, è repub. potissimum est. Imò non alia uia rectius consulitur illius magnitudini, si populus intelligat eum tam uigilantem, ut nihil eum fallat: tam sapientem, ut intelligat quibus in rebus sita sit uera principis maiestas: tam clementem ut nihil suarum iniuriarum ulturus sit, nisi cogeret utilitatis publicæ ratio. Cæsaris Augusti maiestatem & clariorem & tutiorem reddidit Cynnæ donata uenia, cum tot supplicijs nihil profecisset.

Maiestas principis in ỽtute sita est.

Is demum principis maiestatem lædit, quisquis id imminuit, quo uere magnus est: at animi bonis magnus ē, & populi rebus sua sapientia florentib. magnus est. Hæc qui deterit, maiestatis est accusandus. Plurimum eñ aberrant, nec prorsus intelligunt ueram principis maiestatem, qui sic eam putant augeri, si quàmminimum ualeãt leges & publica libertas, quasi duæ quędam res sint, princeps & respublica. Quod si facienda est collatio inter ea, quæ natura coniunxit, ne componat se rex cum quolibet suorum, sed cum uniuerso reipub. corpore: ita uidebit quanto pluris sit illa, tot egregios uiros ac fœminas complectens, quàm unicum principis caput. Respub. etiam si princeps desit, tamen erit respub. Floruerunt enim etiam amplissima imperia, nullo principe, uelut in Democratia Romanorum & Atheniensium: at princeps esse nullo modo potest sine repub. denique respublica principem complectitur, non contrà. Quid est eñ q̃d principem tantum facit, nisi consensus obsequentiũ? At qui suis bonis, hoc est, uirtutib⁹ magnus est, is etiam adempto imperio magnus erit.

Princeps se cũ toto ppl'i corpore conferat.

Proinde palam est, istos peruersissime iudicare, qui principis dignitatem his rebus metiuntur, quæ principis amplitudine sunt indignæ. Proditorẽ uocant (nã id uocabulũ odiosissimum esse uolũt) q principem ad ea deflectentem, quæ nec ipsi decora sunt aut tuta, nec patriæ

Vera ꝓditio principis.

conducibilia, liberis consiliis ad meliora reuocat. At qui illū plebeiis opinionibus corrumpit, q in uoluptates sordidas, qui in comessationes, in aleā, & alia id genus dedecora p̄cipitat, nū is dignitati principis cōsulit?

Fides ṽa.

Fidem uocant quoties per assentationem stulto principi mos geritur: proditionem, si quis turpibus cœptis obsistat. Imò nemo minus amicus est principi, quàm qui turpiter assentando, dementat & abducit à recto, qui bellis inuoluit, qui persuadet expilationes populi, qui tyrannidis artem docet, qui illum bonis omnibus facit inuisum: hæc est uera proditio, & non uno supplicio digna.

Nomo phylaces.

Plato uult νομοφύλακας, hoc est, eos qui seruandis legibus præfecti sunt, incorruptissimos esse. Et bonus princeps in nullos debet seueriꝰ animaduertere, q̃ in eos, qui corrupte leges administrant: quanq̃ ipse princeps νομοφυλάκων primus est.

Paucæ leges optimæ & aptissimæ.

Expedit igitur, ut leges sint quàmpaucissimæ, deinde quàmæquissimæ & ad publicam utilitatem conducibiles: præterea populo quàmmaxime notæ, unde ueteres eas in tabulis & albo descriptas, publicitus exhibebant, quo cunctis essent cōspicuæ. Fœdum est enim, quosdam legibus cassium uti uice, nimirum hoc agentes, ut quàmplurimos irretiant, non consulentes reip. sed uelu ti prædam captantes. Postremo, ut uerbis apertis minimeq́ perplexis descriptæ, ut ne magnopere sit opus quęstuosissimo isto hominū genere, qui se iureconsultos uocant, & aduocatos: quę sane professio quondam optimatibꝰ uiris fuit peculiaris, & dignitatis habebat plurimū, lucri quàmminimum, nunc & hanc corrupit quæstus, nihil non uitiant.

Plato negat ullum hostem existere posse pestilentiorem patriæ, quàm eum qui leges arbitrio subiiciat hominis, quæ sub optimo principe ualent plurimum.

De magistratibus & officiis.

PRinceps quam integritatem in se præstat, eandem debet, aut certe proximam à suis officiarijs exigere. Neq; satis esse ducat, mandasse magistratus, sed plurimum refert, quomodo mandet: deinde uigilandū ut incorrupte mandatis fungantur. Magistratuum integritas.

Prudenter & grauiter admonet Aristoteles, frustra condi bonas leges, nisi sint quorum opera bene conditę seruentur, imò fit alioqui nonnunq̃, ut optime conditæ leges, uitio magistratuum in summam reipublicæ perniciem uertantur. Aristoteles.

Quanquam magistratus non censu, non imaginibus, nec annis est eligendus, sed potius sapientia & integritate, tamen magis conuenit, ut natu grandes, ad huiusmodi munia adhibeantur, unde reipublicæ pendet incolumitas, non tantum quod senibus & plus adest ex usu rerum prudentiæ, & affectus sunt moderatiores, uerum etiam quod apud populum nonnihil autoritatis illis cō ciliat senectus. Proinde Plato uetat, ne legum custodes adhibeantur minores annis quinquaginta, ne maiores septuaginta. Sacerdotem non uult esse minore annis sexaginta: nam ut est ætatis maturitas quædam, ita est ętatis processus, cui missio, muniúmque omnium relaxatio debeatur. Magistratus è senibus potissimū eligendi. Decrepita senectus.

Quemadmodum chorus res est elegans, si quidem ordine constet & harmonia: contrà, ridiculum spectaculum si gesticulationes unà cum uocibus confundantur: Ita præclara quædam res est, ciuitas aut regnum, si suus cuique detur locus, si suo quisque fungatur officio, hoc est, si princeps quod se dignum est agat, si magistratus suas obeant partes, si plebs item bonis legibus & integris magistratibus obtemperet. At ubi suum negotium agit princeps, & magistratus nihil aliud quàm cō pilant populum, ubi plebs non obtemperat honestis legibus, sed principi ac magistratibus, utcunque res tulerit adulatur, ibi turpissima quædam rerum confusio fit oportet. Ordo ciuitatis aut regni res elegantissima.

Primum ac summum principis studium oportet esse, ut quàm optime mereatur de repub. at non alia re melius potest mereri, quàm si curet ut magistratus & officia uiris integerrimis ac publici commodi studiosissimis cõmittantur.

Princeps medicus reip.

Princeps quid aliud est q̃ medicus reipublicæ? At medico non satis est, si ministros habeat peritos, nisi sit ipse peritissimus ac uigilantissimus: ita principi non sufficit, si magistratus habeat probos, nisi sit ipse probissimus, per quem illi & diliguntur & emendantur.

Princeps summa pars reip.

Vt animi partes non omnes perinde ualẽt, sed quædã imperant, aliæ parẽt, & tñ corpus tãtum paret: ita principem summam reip. partem plurimũ sapere, & ab omnibus crassis affectibus alienissimũ esse oportet. Ad hũc proxime accedent magistratus, q partim parent, partim imperant: parent principi, imperant plebi.

Magistratus pure creandi.

Ergo præcipue reipublicæ felicitas in hoc sita est, ut pure creentur magistratus, & pure mandentur officia. Deinde sit actio male gesti muneris, quemadmodum antiquis erat actio repetundarum. Postremo statuatur in hos seuerissima adnimaduersio, si conuicti fuerint.

Qñ pure creãtur magistratus.

Pure creabuntur magistratus, si princeps eos asciscat, nõ qui plurimo emant, non qui improbissime ambiant, nõ qui cognatione coniunctiores, non qui ad illius mores aut affectus cupiditatesq́ maxime sint accommodi, sed qui moribus sint integerrimis, & ad functionem mandati muneris aptissimi.

Cæterum ubi princeps unum hoc agit, ut quàmplurimo uendat officia, quid tãdem ab ijs expectet, nisi ut itidem reuendant, & quomodocunq́ damnum suum sarciant, & cauponentur in administrando, quemadmodum negociatione sunt consecuti? Nec hoc ideo minus perniciosum reipublicæ uideri oportet, quia cõsuetudine pessima apud plerasq́ nationes receptum est, cum ethnicis etiam fuerit improbatum, & Cæsareæ leges iubeãt eos, qui iudicijs præsunt, principali salario esse inuitãdos, ne

qua sit illis ansa faciendi quæstus.

Olim grauissimum crimē erat corrupti iudicij: at qua fronte puniet princeps iudicem, q muneribus corrupt⁹ pronuntiauit, aut pronuntiare noluit, cum ipe iudicandi munus ære uendiderit, & hanc corruptelam prior suum docuerit iudicem? Hoc pſtet princeps erga magistratus, qd illos præstare uult erga plebem.

Corrupt⁹ iudex.

Prudenter admonet in Politicis Aristoteles, super omnia cauendum esse, ne ex magistratibus lucra prouenient ijs, qui ea gerunt: alioqui geminum incommodum hinc sequi. Nam primum hac ratione fieri, ut auarissimus quisque & corruptissimus ambiat, imò occupet & inuadat magistratum, & populus duplici discrucietur molestia, tum qd ab honoribus excluditur, tum quod lucro priuatur.

Magistratus nō debet esse q̄stuosus

De fœderibus.

IN pangendis fœderibus, quemadmodum & cæteris in rebus, non aliò spectabit bonus princeps, quàm ad publicam utilitatem. Alioq cum hoc agit, ut cōmodius habeant principes populi rebus attenuatis, non fœdus est appellandū, sed cōspiratio. Siqdem q hoc sunt animo, duos populos ex uno faciunt, procerum & plebis, quorum alter alterius malo melius habeat, uerū id ubi fit, ibi non est respublica.

Quis debeat esse fœderis scopus.

Inter omnes Christianos principes arctissimum simul & sanctissimū fœdus est, uel ob hoc ipsum quod Christiani sunt. Quorsum igit attinet cotidie tot fœderibus agere, perinde quasi omnes omnium sint hostes, & humanis pactis sit impetrandum, quod non impetrat Christus? Vbi multis syngraphis res agitur, argumentum est, non optima agi fide, & sæpenumero fieri uidemus, ut ex his plurimæ nascantur lites, quæ in hoc adhibebantur, ne quid existeret litium: cum fides intercedit, & inter bonos agitur, non est opus admodum multis & anxijs syn

graphis: cum inter improbos & malæ fidei res agitur, syngraphæ pariunt etiam litis materiam. Itidem inter bonos ac sapientes principes, etiam si nullũ intercedat fœdus, cõstat amicitia inter stultos ac malos, ex ipsis fœderibus, quæ in hoc adhibebant, ne bellum exoriret, bella nascuntur, dum inter innumeros articulos hunc aut illum uiolatum queritur aliquis.

Fœderũ incõmoda.

Fœdus in hoc feriri solet, ut bello finis imponeretur: at hodie fœdus appellant, in hoc initum, ut moueatur bellum. Nec aliud est istorum fœderatio, quàm belli molimina: & utcunque se res inclinant, ita ambulant fœdera.

Principis fides summa.

Principũ ea debet esse fides in pstandis ijs quæ recipiunt, ut simplex hominum promissum sanctius sit quouis aliorum iureiurando. Quàm igitur fœdum nõ præstari, quę solennibus fœderibus pacta sunt, interpositis etiam ijs rebus, quib. apud Christianos nihil potest esse sanctius? Et tñ uidemus id quotidie usu uenire, nihil addo quorũ uitio, certe sine uitio non potest accidere.

Si quid in fœdere uiolatum uidebit, non statim huc inclinandum, ut uniuersum fœdus irritetur, ne uideatur occasio captata recedendi ab amicitia. Quin magis adnitendum, ut quàmminimo incommodo sarciatur id, q̊d ruptum est: quin expedit aliquoties ad quædam conniuere, quandoquidem nec inter priuatos homines diu cohęret necessitudo, si cuncta ad uiuum, quod aiunt, exigant. Neque statim id sequaris, quod dictat ira, sed quod publica suadet utilitas.

Cũ finitimis habẽda pax.

Dabit operam bonus ac sapiens princeps, ut cum omnibus pacem habeat, sed præcipue tamen cum finitimis, qui plurimum noceant infensi, prosint amici, & sine q̊rum mutuo commercio, ne durare quidem possit respublica. Et facile coit & cohæret amicitia inter eos, quos lingua communis, regionum propinquitas, ingeniorũ ac morum similitudo conciliat. Est tanta inter quasdam nationes rerum omnium dissimilitudo, ut prorsus ab

illorum abstinuisse commercio longe consultius sit, quã arctissimis etiam astringi fœderibus. Sunt quædam ita procul dissitæ, ut etiam si bene uelint, prodesse nihil possint. postremo, sunt quædam adeo morosæ ac fœdifragæ & insolentes, ut etiam si finitimæ sint, tamen inutiles sint ad omnem amicitiam. Cum his consultissimum fuerit, nec bello dissidere, nec arctioribus fœderum aut affinitatum uinculis alligari, quod & bellum semper sit exitiale, & quorundam amicitia non multò bello tolerabilior.

Hæc erit igit͂ una regiæ sapientiæ pars, gentium oĩm ingenia moresq́ꝫ cognoscere: id partim è libris, partim è sapientum & expertoꝝ commemoratione consequetur, ne sibi necesse putet cum Vlysse ꝑ omnes terras mariaq́ꝫ circumagi. Ac de cæteris quidem haud facile sit certum aliquid ꝓ̃scribere. Illud in genere licet pronuntiare, non oportere arctius astringi his, quos religio diuersa à nobis alienat: ueluti cum ethnicis, aut quos naturæ prouidentia, alpibus aut fretis interiectis, à nobis separat, aut quos immensum locorum spatium penitus à nobis semouit, hi nec ad nos accersendi, nec à nobis impetendi sunt. Cuius rei cum plurima suppetãt exempla, tamen unum, quod è proximo sese offert, pro omnibus suffecerit. Est quidem Franciæ regnum, rebus omnibus omnium multo florentissimum: at multo esset florẽtius, si ab Italia impetenda temperasset.

De principum affinitatibus.

EQuidem multo saluberrimum iudicarim reip. si principum affinitates intra regni fines continerentur: aut si quid recedendum sit à limitibus, cum proxime finitimis duntaxat iũgerẽt, sed ijs, qui ad amicitiæ fidem sint idonei. Atqui nõ decet (inquiunt) regis filiã nisi cũ rege aut regis filio copulari. At isti priuatoꝝ sunt affectus, suos quantum possint euehere, à qui

Princeps affinitatem cum suis, aut situ proximis iũgat.

bus oportet principem alieniſſimũ eſſe. Minus potẽti nu bet principis ſoror, quid tum poſtea, ſi id magis expediat uniuerſis? Et illi plus dignitatis adferat neglecta ſororij coniugij dignitas, q̃ ſi muliercułæ affectũ publicis cõmodis prætuliſſet.

Priuata quædam res eſt principũ matrimonũ: at huc rerũ humanarũ ſummam penè uocari cernimus, ut ſæpenumero nobis eueniat, quod olim Græcis ac Troianis in Helena. Quod ſi placet adhibere delectũ principe dignũ, ſeligaẽ ex omibus integritate, modeſtia, prudentiaq; cõmendata, quę optimo principi morigera ſit uxor, & illi liberos utroq; parente patriaq; dignos generet. Satis honeſta eſt, quocũq; ſanguine nata, quæ bono principi bonam præſtat uxorem.

Qualis uxor ſit ducenda principi.

Illud in confeſſo eſt, nihil æque expedire in rem oĩm, atq; ut princeps uehementer amet ſuos, & ab iiſdem uiciſſim ameẽ. Ad quos ingens habet momentũ patria, cõmunis corporũ & animorũ ſimilitudo, & neſcio quid natiuæ fragrantiæ, quam arcana quędam geniorũ affinitas addit: at hinc magna pars pereat oportet, ſi hæc omnia confundãt imparia matrimonia. Vix eñ fieri poteſt, ut ſic natos, toto pectore agnoſcat patria: aut ſic nati, toto pectore ſint dediti patrię.

Ex affinitatibus mala.

Et tamen uulgus hæc uelut adamantina publicæ concordię uĩcula putat, cũ hinc res ipſa doceat maximos rerũ humanarũ tumultus exoriri, tum hic queriẽ ex ſponſaliũ pactis præteritũ, neſcio quid: hic offenſus re quapiã ſpõſam abducit: ille mutato cõſilio renũtiat priori, & aliam ducit in thalamũ: alius aliud quippiam cauſaẽ. Sed quid hæc ad rempublicam? Si principum inter ſe affinitas pręſtaret orbi tranquillitatem, optarem omnes ſexcentis affinitatibus eſſe colligatos. Ad quid ante paucos annos ꝓfuit affinitas, quo minus Iacobus Scotorum rex infeſtis copiis inuaderet Angliæ fines? Et fit aliq̃ties, ut poſt diutinos bellorũ tumultus, poſt innumeras clades, tandem affinitate contracta, res componaẽ, ſed utraq; parte iam

malis delaſſata.

Illud agendum principibus, ut æterna quædam pax coeat inter omnes,& in hoc cōferant ſua cōſilia. Vt affinitas pacem conciliet,certe perpetuam non poteſt. Altero defuncto ſoluitur concordiæ uinculum. Quod ſi ueris rationibus pax conflaretur, ea ſtabilis eſſet ac diuturna. Sed dixerit aliqs,liberoꝝ ꝓpagatione coniunctionē eā ꝑpetuā reddi: Cur igiť inter hos maxime bellať,inter q̊s ſumma ꝓpinqtas ē? Imò ꝑ hāc ꝓpagationē potiſſimū oriť regnoꝝ cōmutatio, dū ditiōis ius aliūde aliò transferť,dū hinc decedit aliqd,& illic accreſcit, qbus ex reb⁹ grauiſſimi tumultus exoriri ſolent. — Pro patria pax ex ueris fontibus cōcordiæ

Igiť hiſce rationibus non fit,ne cooriantur bella, ſed fit,ut atrociora moueātur & crebriora. Dū em̄ regna regnis affinitate cōnexa ſunt, q̊ties unuſquiſpiā offēſus ē, is affinitatis iure concitat & cæteros,ut ex q̄libet leui offenſa, magna pars orbis Chriſtiani ſtatim ad arma moueatur: & immenſa Chriſtiani ſanguinis iactura placatur unius hominis ſtomachus. Ab exemplis conſulto tēpero,ne quid offendā quenq̄. In ſumma, hmōi affinitatibus,principū res fortaſſis augentur,ac populi res atteruntur & affliguntur. Cæterū bonus princeps nō aliter iudicat ſuas res ꝓſpere habere, niſi cū reipublicæ cōmoditatibus conſulitur: ut ne dicā interim,q̄d hac uia nō ad modū humaniť agitur cū ipſis puellis,quæ nōnunq̄ in ꝓcul ſemotas regiones,ad homines,lingua, ſpecie,moribus,ingenijs diſſimillimos, uelut in exilium relegātur: felicius apud ſuos uicturæ,ut aliquanto minore ſtrepitu. Quanq̄ aūt hanc conſuetudinē uideo receptiorē,q̄ ut ſperem poſſe conuelli, tamen uiſum eſt admonere, ſi quid forte præter ſpem euenerit.

De principum occupationibus in pace.

PRinceps igitur Chriſti decretis,& ſapientiæ præſidijs inſtructus,nihil omnium habebit charius,imò nihil aliud habebit charum,q̄ populi ſui felicitatē, — Princeps populum ſuū amet.

quem oportet uelut unicum corpus ex æquo, tum diligere, tũ curare. Et in hoc unũ omneis cogitationes, oẽis conatus, omnia ſtudia deſtinabit, ut ad eum modum adminiſtret prouinciam ſibi creditam, ut & Chriſto rationem exacturo probetur, & apud mortales oẽs honeſtiſſimam ſui memoriam relinquat.

Princeps domi.

Siue domi ſit princeps, ſiue in ſeceſſu, laudatum illum Scipionem imitetur, qui negabat ſe unquam minus eſſe ſolum, quàm cum ſolus eſſet, aut minus ocioſum eſſe, q̃ cum eſſet in ocio: quod is quoties uacaret à reipublicę negocijs, ſemper animo ſecum agitabat aliquid, quod ad ciuitatis ſalutem aut dignitatem pertineret. Imitet̃ Aeneam Virgilianum, quem prudentiſſimus poeta frequẽter alijs dormiẽtibus, multa per noctem ſuo cum animo uoluentem facit, quo rectius ſuis conſuleret. Et Homericum illud omnibus regiæ parietibus, ſed magis regum animis inſcribi decet, οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βυληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοίτ᾽ ἐπιτετράφεται, καὶ τόσσα μέμηλε. Quorũ carminum hæc fermè ſententia eſt,

Princeps uigil.

Haud decet hunc ſolidã noctẽ indulgere ſopori,
Cui populi commiſſi, & tanta negotia curæ.

Siue uerſetur in publico, ſemper aliq̃d agat, q̃d ad rẽ cõmunẽ faciat, hoc eſt, nuſq̃ non principem agat.

Non latẽdũ principi

At magis decet principem in publicis uerſari functionibus, q̃ abditum agere. Quoties autem prodit, aduigilet, ut ipſe uultus, inceſſus, & præcipue ſermo talis ſit, ut populum reddat meliorẽ: memor, quicquid fecerit aut dixerit, ab omnibus obſeruari cognoſciq́ꝫ. Nec enim probatum eſt ſapientibus uiris Perſarum inſtitutum, apud quos domi abditi uitam exigebãt. Et hac una uia ſtudebant à ſuis magni fieri, quod nunq̃ conſpicerentur, & rariſſime ſui copiam facerent populo. Quod ſi quãdo prodibãt, nihil aliud q̃ faſtum barbaricum & opes malo populi immodicas oſtentabant. Reliquum æuũ aut luſibus, aut furioſis expeditionibus tranſigebant, perinde quaſi deeſſet, quod pacis temporibus agat egregi⁹ princeps,

Reges Perſarũ à publico abſtinebant.

cum tanta semper pateat pulcherrimorum facinorum seges, si modo adsit principe dignus animus.

Et sunt hodieque nonnulli, qui putent id esse parum regium, quod solum est regibus pulcherrimum, in publicis functionibus versari. Quemadmodum & episcopi nonnulli nihil minus suum esse ducunt, quam id quod unum episcopo dignum est, docere populum: ac miro consilio, quod peculiare est episcoporum, id ueluti indignum in alios relegant: quod sordidissimum, id sibi potissimum uindicant. At non puduit Mithridatem, non minus eruditione quam impio nobilem regem, suo ore, nulloque interprete populo ius reddere: quod ut faceret, uigintiduas linguas ad plenum legitur perdidicisse. Nec Philippus Macedonum rex, parum decorum regi iudicauit, quod quotidie cognoscendis causis sederet. Nec Alexander Magnus, huius filius, quanquam aliâs ad insaniam usque ambitiosus, cui morem hunc fuisse proditum est, ut altera aure manu obturata cognosceret: dicens sese alteram illam integram seruare diuersae parti.

In pub. versari functionib^9, regi pulcherrimum.

Mithridates.

Philipp^9.

Alexan. Magnus.

Verum quo magis ab hisce rebus abhorreant nonnulli, peruersa educatio principum in causa est. Etenim iuxta uetus prouerbium, quam quisque nouit artem, in hac se libenter exercet, refugiens ab iis, in quib. intelligit se parum ualere. Qui fiat igitur, ut qui inter assentatores & mulierculas primum prauis opinionibus, deinde uoluptatibus corruptus, primos illos annos in alea, choreis & uenatu consumpserit, postea gaudeat in his uersari functiõibus, quarum usus diligentissimam requirebat meditationem?

Cur à publicis functiõibus, & cognoscendis causis abhorreant princip.

Homerus negat principi tantum esse ocij, ut totam noctem edormiat, & isti nihil aliud student, nisi ut nouis subinde uoluptatib. totius uitae taedium fallant, perinde quasi nihil omnino sit quod agant principes. Bono patrifamiliâs nunquam deest quod curet in una domo, & principi deest quod agat in tam uasta ditione?

Principi nunquam deest quod agat.

Bonis legibus occurrendum est malis moribus, corrigendae leges deprauatae, tollendae malae, prospiciendi magistratus integri, puniendi aut cohibendi corrupti.

Quid agendum principi

Exquirendæ rationes, quibus tenuem plebeculã quàm minimum grauet, qbus ditionẽ suam latrociniis ac maleficiis liberet, idq; quã potest minimo sanguine, quibus suorum perpetuam concordiã alat ac stabiliat. Sunt his minutiora quædã, sed non indigna, quãuis magno principe, lustrare ciuitates, sed hoc animo, ut omnia reddat meliora, quæ parũ tuta sunt cõmuniat: publicis ædificiis ornet, item põtibus, porticibus, templis, ripis, æquæductibus, loca pestilentiæ obnoxia purget, uel mutatis ædificiis, uel desiccatis paludibus. Amnes incõmode fluẽtes aliò deriuet. Mare pro commoditate publica uel admittat uel arceat. Neglectos agros colendos curet, quo magis suppetat annonæ uis: parum utiliter cultos aliter coli iubeat: ueluti ne illic uineta sint ubi uinum cultura indignum prouenit, & frumenta gigni possunt. Huius generis sex millia sunt, quæ curare principi sit pulcherrimũ, bono principi etiam iucũdum, ut nihil unq̃ sit opus uel ocii tædio bellum quærere, uel alea fallere noctem.

Princeps in reipu. rebus sit splendidus: in priuatis, frugalis.

In his quæ ad rempub. pertinent, conuenit principem esse non luxuriosum aut profusum, sed splendidum, ueluti in publicis ædificiis, aut ludis, in excipiendis legationibus, si quæ populi causam agant. In his quæ priuatim ad illũ pertinent, erit frugalior & cõtractior, partim ne publico sumptu sibi uiuere uideatur, partim ne ciues suos luxuriem doceat, multorum malorum parentem.

Danda principi opa, non ut maiorem, sed ut meliorem ditionem suã reddat.

Video ueterũ permultos in hoc errore fuisse, & utinã hodie nullos idem habeat error, ut huc oẽs conatus suos intenderent, nõ ut meliorem redderent suã ditionẽ, sed ut maiorem, quibus illud sæpenumero uidemus euenisse, ut dũ propagãdo student imperio, etiã id perderent, q̊d possederant. Nõ ab re tantope laudata est illa Theopompi uox, q negauit sua referre q̃ ingens relinqueret liberis suis imperiũ, mõ melius ac stabilius. Et Laconicũ illud prouerbium dignũ mihi uidetur, q̊d omniũ principũ insignibus ascribatur, σπάρταν ἔλαχες, ταύτην κόσμει, hoc est, Spartam sortitus es, hanc orna.

Hoc sibi penitus persuasum habeat bonus princeps, nihil à se geri posse magnificẽtius, q̃ si quicquid est hoc regni, quod sors dederit, florentius reddat, ac modis omnibus ornatius. Laudatus ẽ à doctissimis uiris Epaminõdæ ducis animus: cui cum per inuidiã magistratus esset delegatus, humilis ac uulgo contẽptus, ita gessit, ut deinceps int̃ honestissimos habitus à maximis uiris ambiretur, negãs magistratum dignitatẽ adferre uiro, sed uirũ magistratui.

Id cõsequetur, si quemadmodũ ex parte demonstrauimus, eas res curet maxime, per quas respublica stabilitur & illustratur, eas rursus excludat, & arceat, quæ reipub. statum reddunt deteriorem. Adiuuatur enĩ maxime boni principis exemplo, sapientia, uigilantia: magistratuum & officiorum integritate, sacerdotũ sanctimonia, ludimagistrorum delectu, æquis legibus, & ad uirtutem conducentibus studijs. In his igitur augẽdis & confirmandis sit omnis boni principis cura. Læditur autem diuersis, quæ facilius excludentur à republica, si stirpes ipsas ac fontes conabimur tollere primum, unde hęc nasci deprehendimus. In huiusmodi rebus solicitum & ingeniosum esse, Christiani principis est philosophia. In hæc salubriter conspirare, in hæc sua simul conferre cõsilia, id demum Christianis dignum principibus. Quo pacto regnũ florẽtius reddatur.

Quemadmodum corpora cælestia, si uel paululũ tumultuentur, aut recto cursu diuaricent, non sine graui rerũ humanarũ pernicie id faciunt, id quod palã uidemus in defectibus solis ac lunæ. Ita summi principes, si quid aberrent ab honesto, aut si quid ambitiõe, ira, stultitia ue peccent, id protinus ingenti totius orbis malo faciunt. Nec enim ulla unq̃ eclipsis sic afflixit hominum genus ut Iulij pontificis, & Lodouici Galliarum regis dissidiũ q̃d nuper & uidimus & fleuimus.

De bello suscipiendo.

Contant̃ & circunspecte suscipiẽdũ bellum.

CVm nusq̃ oporteat principem præcipiti esse consilio, tum haud alibi contantior erit aut circunspe-

ctior, q̃ in suscipiendo bello, q̊d aliis ex reb. alia nascant incõmoda, ex bello semel oĩm bonaꝝ rerũ naufragium oriat, oĩm malarũ rerũ pelagus exundet: deinde q̊d non aliud malũ hæreat tenacius. Bellũ è bello serit, è minimo maximũ, ex unico geminũ, ex ludicro seriũ & cruentum nascitur, & alibi nata belli pestis in proximos etiã, imò in procul etiam dissitos propagatur.

Qñ tãdẽ suscipiendũ bellũ.

Bonus princeps nunq̃ oĩno bellũ suscipiet, nisi cũ tentatis omnib. nulla rõne uitari potuit. Hoc animo si fuerimus, uix unq̃ existet inter ullos bellum. Deniq; si uitari nõ põt, res tã pestilẽs, tum ꝓxima cura fuerit principis, ut q̃minimo suorum malo, q̃minimo Christiani sanguinis impẽdio gerat, & q̃ potest ocyssime finiat.

Quæ sint añ cogitãda principi bellũ suscepturo

Primum illud expendat princeps uere Christianus, quantum intersit inter hominem paci ac beneuolentiæ natum animal, & inter feras ac beluas prædationi belloq; natas: ad hæc quantum intersit inter hominem, & hominem Christianum. Deinde contempletur, quàm expetenda, quàm honesta, quamq; salutifera res sit pax. E diuerso, quàm calamitosa simul & scelerata res bellũ, quantumq; malorum omnium agmen secum trahat, etiam si iustissimum sit, si quod omnino bellum iustum uocari debet: postremo sepositis affectibus, uel tãtis per rationem in consilium adhibeat: dum uere supputarit, quãti constaturum sit bellum, & num id quod bello deniq; petitur, tanti sit, etiam si certa sit uictoria, quæ non semper optimæ causæ fauere solet. Expende curas, sumptus, pericula, molestum & longum apparatum. Accersenda barbarica fex sceleratissimoꝝ hominum, & dum princeps erga principem animosior uideri uis, etiam data pecunia blandiendum ac seruiendum militi mercenario, quo quidem hominum genere non est aliud uel abiectius, uel execrabilius. Nihil bono principi charius, q̃ ut suos habeat q̃optimos. At quæ maior aut præsentior morum pernicies, q̃ bellum? Nihil principi magis in uotis, q̃ ut suos incolumes, ac rebus omnibus florenteis uideat

At dum bellare discit, iuuentutem tot periculis obijcere cogitur, & una sæpe hora tot orphanos, tot uiduas, tot orbos senes, tot mendicos, tot infelices reddit.

Nimio constabit orbi principum sapientia si quàm tetra res sit bellum, pergant experimento discere, ut senex aliquando dicat, non credebam bellum esse rē adeo pestilentem. Sed ò deum immortalem, quàm innumeris totius mundi malis istam didicisti sententiam. Intelliget aliquando inutile fuisse, regni propagasse fines: & quod initio lucrum uidebatur, summum fuisse detrimētum, sed interim tot hominum millia uel extincta sunt, uel afflicta. Hæc è libris potius discenda, sunt, è cōmemoratione seniorum, è finitimorum periculis. Tot iam annos ille aut ille princeps pro tali ditione digladiat: q̄to plus incommodi fuit illic quàm cōmodi?

Nō bellādo q̄ mala res sit bellum, sed aliunde discat princeps

Eiusmodi res instituet bonus princeps, quæ perpetuò placeant. Quæ affectu sumuntur, tantisper ꝓbantur, donec eo tenemur affectu: at quę iudicio suscipiuntur, & iuueni placuerunt, eadem placebūt & seni. Verū id nusquā magis obseruandum, q̄ in suscipiendo bello.

Plato seditionē uocat, non bellum, quoties Græci cū Græcis belligerarent: idq; si quando incidisset, modestissime iubet geri. Quonā igitur nomine uocandum cēsemus, quoties Christiani cum Christianis digladiant, tot uinculis inter sese cōnexi? Quid cum id ob titulum, nescio quē, ob priuatū odiū, ob stultā aut iuuenilē ambitionem & crudelissime gerit, & in multos ꝓpagat annos?

Bellū int Christianos, non bellū sed seditio ē.

Sic principes quidā imponunt sibi: est oino bellum aliquod iustum, & mihi causa iusta est suscipiendi. Primū an omnino iustū sit bellum, in medio relinquemus, cui non uidetur sua causa iusta? Et inter tantas rerum humanarū mutationes ac uicissitudines, inter tot pacta fœderaq; nunc inita, nunc recisa, cui possit deesse titulus, si qualiscunq; titulus satis est ad mouēdum bellum?

Sua cuiq; causa blāditur.

At pontificiæ leges non improbant omne bellum. Et Augustinus alicubi probat. Laudat & diuus Bernardus

Christus & apostoli bellum ubiq; detestantur

milites quosdā. At Christus ipse, at Petrus, at Paulus ubi
q; diuersa docent. Cur horum autoritas minus apud nos
ualet, quā Augustini aut Bernardi? Augustinus uno aut
altero in loco bellū non improbauit: at tota Christi phi
losophia dedocet bellum. Apostoli nusquam non impro
bant: atq; illi ipsi sancti doctores, à qbus uolunt uno aut
altero loco probatum bellum, quot locis idē improbant
ac detestātur? Cur his omnibus dissimulatis captamus qđ
alat nostra uitia? Postremo si quis rem excutiat diligenti
us, is reperiet à nemine probatum hoc bellorum genus,
quo nunc uulgo conflictamur.

Cur à principib. bella suscipiantur.

Quædam artes ob hoc reiectæ sunt à legibus, quod ni
mium affines essent imposturæ, & plerunq; dolo tracta-
rentur, uelut astrologia & alcimistica, quā uocant, etiā si
fieri potest, ut aliquis hisce rebus recte utat. Id longe iu-
stius fiet in bellis, quorū etiā si possit aliquod esse iustū, ta
men ut nunc sunt res mortaliū, haud scio an ullum eius
modi reperire liceat, hoc est, cuius autor nō sit ambitio,
aut ira, aut ferocitas, aut libido, aut auaritia. Sæpenume
ro fit, ut proceres ꝓfusiores q̄ pro re familiari, data ope-
ra, bellum suscitent, quo suorū etiam expilationibus rem
augeant domi. Fit aliquoties, ut principes inter se collu-
dant, & fictis titulis rem gerāt, quo magis attenuent po-
puli uires, & publicis malis ꝑteis suas stabiliāt. Quapro-
pter bonus & Christianus princeps omne bellum quan-
tumuis iustum, suspectum habere debet.

At inculcant non esse ius deserendum. Primū istud ius
magna ex parte ad priuatum principis negotium perti-
net, si quid illi accreuit ex affinitate. Vt iniquū sit hoc tā
immensis populi malis persequi, & dum nescio quam di
tionis accessionem persequeris, regnum uniuersum expi
lare, & in extremū discrimē abducere. Offendit princeps
principē in re leuicula, eaq; priuata, nempe in affinitate
aut alia simili, quid hoc ad uniuersum populum?

Eundū ad arbitros

Omnia bonus princeps publicis metit commoditatib.
alioqui ne princeps quidem fuerit. Non idem est ius in

homines & in pecudes. Bona pars imperij, consensus est populi, ea res primo reges peperit. Quod si qđ dissidium ortum fuerit inter principes, cur non potius ad arbitros itur? Sũt tot episcopi, tot abbates, & eruditi uiri, tot graues magistratus, quorum sententia rem confici decebat potius, quàm tot stragibus, tot expilationibus, tot orbis calamitatibus.

si dissidiũ natum fuerit.

Primum suspectum esse debet Christiano principi suũ ius, deinde si maxime constet, expendere oporret, an tãtis totius orbis malis sit uindicandum. Qui sapiunt, malunt aliquoties rem perdere q̃ persequi, quod hic perspiciant minus esse dispendij. Mallet (opinor) Cæsar concedere de iure suo, q̃ monarchiã illam ueterẽ persequi, & ius illud quod illi deferunt iureconsultorũ literæ.

At quid erit tutum, inquiunt, si nemo ius suum persequatur? Persequatur sanè si id expediat reipublicę modo ne nimio constet ciuibus ius principis. At nunc quid usquam tutum est, dum suum quisque ius tam ad uiuum persequitur? Videmus bella ex bellis nasci, bella bellis succedere, nec ullum tumultuandi modum aut finem. Satis igitur coustat hisce rationibus nihil agi. Proinde diuersa tentãda remedia. Ne inter amiculos quidem constabit necessitudo, nisi alter alteri nonnunq̃ cõcesserit. Maritus sæpe quædam condonat uxori, ne scindat concordiam. Bellũ quid gignat nisi bellum? At ciuilitas ciuilitatem inuitat, æquitas æquitatem.

Cõtra bellũ remedia.

Mouebit & hoc principẽ pium & clementẽ, quod perspiciat ex tã immensis malis, quæ bellũ omne secũ inuehit, maximam partẽ ad eos redire, ad quos bellum nihil attinet, quique his calamitatibus sunt indignissimi.

Quid cogitãdum principi bellaturo

Posteaq̃ princeps uniuersorum malorũ subductis calculis summã collegerit (si tñ unquã colligi possit) tum ita secum cogitet, unus ego tot malorum autor fuero? Tm̃ humani sanguinis, tot uiduę, tot luctu funestæ domus, tot orbi senes, tot indigne egẽtes, tanta morũ, legũ, ac pietatis pnicies mihi uni imputabitur? hæc mihi luẽda Christo?

Non poteſt princeps ulciſci hoſtem, niſi prius hoſtilia fecerit in ſuos. Expilãdus populus, accipiendus miles, nõ ſine cauſa Maroni dictus impius. Excludẽdi ciues ab hiſce regionibus, quibus antea ſuo bono fruebant. Includẽdi ciues, ut includas hoſtem. Et ſæpenumero fit, ut atrociora committamus in noſtros q̃ in hoſtem.

Bellum ſumptuoſius pace.

Vt difficilius, ita pulchrius eſt extruere præclaram ciuitatẽ, q̃ demoliri. Videmus aũt ab idiotis & priuatis condi florẽtiſſimas urbes, quas principum iræ demoliunt. Et ſæpenumero maiore negotio & impẽſa demolimur oppidũ, q̃ aliud nouũ condi poterat, ac bellũ tanto ſumptu, tanto diſpẽdio, tanto ſtudio curaq; molimur, ut decima earũ rerũ portione pax conſtare potuerit.

Abſtinendum à bellis uel ob Chriſtiani nominis honorem.

Eam gloriam ſemper affectet bonus princeps, quæ ſit incruenta, & cũ nullius coniuncta malo. In bello ut optime res eueniat, tñ alterius partis felicitas, alterius eſt pernicies. Sæpenũero flet & uictor nimio emptã uictoriam.

Si non mouet nos pietas, ſi non orbis calamitas, certe moueat honos Chriſtiani nõis. Quid cẽſemus loq de nobis Turcas & Saracenos, cũ uideãt tot iã ſeculis adeo nihil cõuenire inter ullos principes Chriſtianos? Nullis fœderibus cohærere pacẽ. Fundẽdi ſanguinis nullũ eſſe modũ? & minus eſſe tumultus inter ethnicos, q̃ inter eos q ex Chriſti doctrina ſummã profiteant concordiam?

Q̃ fugax, q̃ breuis, q̃ fragilis eſt hoĩm uita, & q̃t obnoxia calamitatib. quippe quã tot morbi, tot caſus impetũt aſſiduę, ruinæ, naufragia, terrẽmotus, fulmina? Nihil igit opus bellis acerſere mala, & tñ hinc plus malorũ, quã ex omnibus illis.

Officium conciona

Concionatorũ partes erãt, diſſidiorũ affectus ex animis uulgi penitus reuellere. Nunc ferè Gallum odit Anglus, Anglũ Gallus, non ob aliud, niſi q Anglus eſt. Britannũ odit Scotus, tm̃ quia Scotus eſt. Germanum Italus, Eluetium Sueuus, atq; itẽ de cęteris: regio regioni inuiſa, ciuitas ciuitati. Cur hęc ſtultiſſima nõia magis nos diſtrahũt q̃ glutinat omnibus cõe Chriſti uocabulum?

Vt donemus aliquod bellũ esse iustum, tñ qm̃ uidemus in hanc pestem insanire mortales omnes, sacerdotũ prudentiæ fuit in diuersam partem auocare plebis ac principum animos. Nunc uidemus hos nonnunq̃ esse belli faces. Nõ pudet episcopos uersari in castris, illic crux, illic Christi corpus, & cum re plusquã tartarea miscent cælestia sacramenta, & in tã cruento dissidio adhibẽt summæ charitatis symbola. Quodq; magis est absurdum, in utrisq; castris adest Christus, uelut ipse secum pugnans. Non sat erat inter Christianos tolerari bellũ, nisi summ⁹ etiã haberet honos. Sacerdotum partes.

Si nõ tota undiq; Christi doctrina cum bello pugnat, si unũ proferre possint illi, belli noĩe cõmendatum, bellemus Christiani. Permissum erat Hebræis bello cõflictari, sed cõsulto deo. At nostrũ oraculum, quod assidue nobis in euangelicis literis resonat, à bello deterret, & tñ belligeramur insanius q̃ illi. Dauid alijs uirtutibus deo fuit gratissimus, & tñ uetuit ab hoc sibi condi templũ nõ ob aliud, nisi q sanguinarius, hoc est, bellator esset. Salomonem pacificum in hoc delegit. Si hæc acta sunt inter Iudæos, qd de nobis fiet Christianis? Illi Salomonis umbrã habebãt, nos ueꝝ Salomonẽ, pacificũ illũ Christum omnia conciliantẽ, quæ in cælis sunt, & quæ in terra. A bellis deterrẽt euãgelia.

Ego nec in Turcas bellum temere suscipiendum esse cẽseo, primum illud mecum reputans, Christi ditionem longe diuersa uia natam, propagatam, & constabilitam. Neque fortasse conuenit alijs rationibus uindicari, quàm quibus orta propagatáque est. Et uidemus huiusmodi bellorum prætextibus iam toties expilatam plebem Christianam, nec aliud quicquam actum. Iam si fidei negotium agitur, ea martyrum tolerantia, non militum copijs aucta illustratáque est: sin de imperio, de opibus, de possessionibus pugna est, etiam atq; etiam uidẽdum est nobis, ne res ea parum sapiat Christianismũ. Quin ut nunc sunt ferè, p quos huiusmodi bella gerunt, citius fiat, ut nos degeneremus in Turcas, q̃ illi per nos Bellũ in Turcas.

reddātur Christiani. Primum hoc agamus, ut ipsi simus germane Christiani, deiñ si uisũ erit, Turcas adoriamur.

Principes sint studiosi pacis.

Verũ de belli malis aliâs plura cõscripsimus, quæ nõ est huius loci repetere. Tm̃ illud hortabor principes Christiani nois, ut omissis fictis titulis & fucatis prætextibus serio totoq; pectore hoc agãt, ut tã diutina tãq; fœda bellãdi rabies inter Christianos finiat: & inter eos, q̊s tot copulãt pignora, pax & cõcordia coeat. In hoc ingeniũ explicẽt suũ, in hoc uires expediãt, in hoc cõcilia conferãt, in hoc neruos intendãt oẽs. Qui magni uideri studẽt, sic se magnos ꝓbent. Id si quis pstiterit, is rẽ lõge splẽdidiorẽ confecerit, q̃ si totã Africã armis subegerit. Nec admodũ difficile factu fuerit, si suę qsq; causę blãdiri desinat, si sepositis affectib. priuatis, rei cõis negotiũ agam⁹, si Christus nobis sit in cõsilio nõ mũdus. Nũc dũ suũ qsq; negotium agit, dũ pontifices & episcopi de ditione & opibus anxíj sunt, dũ principes ambitione, aut ira ferũtur pcipites, dũ his obsequunt sui cõpendíj gratia, oẽs in has nimirũ rerũ ꝓcellas incurrimus stultitię ductu. Qđ si cõi consilio, cõe negotiũ ageremus, etiã ea q̃ cuiq; priuata sunt, magis florerẽt. Nunc & hoc perit, ꝓ q̊ solo digladiamur.

Peroratiuncula ad Carolum principẽ Maximiliani nepotem.

Neq; mihi dubiũ est principũ illustrissime, quin hoc sis aio: sic natus es, sic ab optimis & integerrimis uiris institutus. Qđ supest, precor ut Christus opt. max. tuos egregios conatus bñ fortunare pergat. Dedit ille incruẽtum imperium, idẽ uelit sp esse incruentũ. Ille princeps pacis dici gaudet, faxit idẽ, ut tua bonitate tuaq; sapientia, tãdẽ ab insanissimis bellis liceat feriari. Pacẽ nobis cõmendabit, etiã pręteritorũ malorũ recordatio: & tui beneficíj gratiã, superiorũ tpm calamitates conduplicabunt.

FINIS.

ISOCRATES AD NICOCLEM REgem de institutione principis, Erasmo Roterodamo interprete.

Caeteri quidem Nicocles, qui regibus soliti sunt adducere uel uestes, uel æs, uel aurum factũ, uel aliud eiusmodi rerũ quippiã, quarũ ut ipsos habet inopia, ita uobis exhuberat copia, mihi plane uident manifestã exercere negotiationẽ, non dare munus: eademq́; longe callidius uendere, q̃ illi qui quæstũ huiusmodi profitent. Ego uero munus hoc pulcherrimũ simul & utilissimũ fore iudicarim, quodq́; maxime deceat tũ me donare, tũ te accipere, si tibi rationẽ queam præscribere, quibus rebus expetẽdis, rursum quibus fugiendis, optime ciuitatẽ pariter & regnũ administrare possis. Nã cũ alia permulta sunt, quæ priuatos hoĩes reddãt emendatiores, tũ in primis illa, primũ ꝙ non affluant diuitĳs, sed pro quotidiano uictu soliciti esse cogant: deinde leges, quarũ præscripto oẽs illi gubernant: præterea aũt admonendi libertas, quodq́; liceat & amicis inuicem increpare, & inimicis insectari mutuo, si quid peccatũ fuerit. Ad hæc, poetæ quoq; nonnulli prisci uiuendi præcepta literis ꝓdiderũt, ut cõsentaneũ sit, his oĩbus reb⁹ eos reddi meliores. At regibus nihil harũ rerũ suppetit. Imò quos magis q̃ cæteros oportebat admoneri, posteaq̃ imperium adepti sunt, ĳ semper admonitore carẽt: ꝓpterea ꝙ & mortalium pleriq; non adeunt ad illos: & qui cũ illis habent consuetudinẽ, ad gratiã confabulant. Siquidẽ nacti & opũ plurimarũ possessionẽ, & rerũ maximarũ administrationẽ, dũ his occasionibus haud recte utũtur, effecerunt, ut cõplures ambigant, utra uita magis sit eligenda, eorum ne qui priuatã quidẽ, sed placidam & humanã agunt uitã, an regũ: nã q̃ties ad honores, ad opes, ad potentiã illorũ respexerint, dĳs pares existimant, qui cunq; regno potiuntur. Rursus, ubi secum perpẽderint metus ac pericula, singulisq́; cõsideratis, deprehẽderint, alios extinctos ab ĳs, à quibus minime cõueniebat, alios in familiarissimos maximeq; domesticos peccare cõpulsos, nonnullos esse quibus horum utrunq; euenerit, tum

Adulatio regum pestis.

Vtra uita felicior.

Incómoda regni. contrà satius esse iudicant, quodcunque uitę genus amplecti, quàm cum eiusmodi malis uel uniuersæ Asiæ imperium tenere. Porrò cómutationes huiusmodi fortunæ rerumque tumultus hinc proficiscit, quod uti sacerdotium, ita regnum quoque cuiuslibet hominis esse credunt, cum res sit una rerum omnium humanarum maxima, quæque summam desideret prudentiam. Itaque consulere quibus rationibus possis in singulis negotiis recte administrandis officio fungi, ut & bona conserues, & mala euites, eorum munus est, qui tecum perpetuam habent consuetudinẽ. In gñe uero, & quæ uitæ studia spectare conueniat, & in quibus exerceri, ipse conabor explicare. Iam quidẽ an munus hoc cum absolutum fuerit, argumento suo respondeat, haud facile fuerit statim initio cognoscere, propterea quod permulta tum carmine tum prosa oratione conscripta, donec adhuc in cogitatiõe & aïo cõponentium uersarent, magnã sui præbuerunt expectationẽ. Cæterum eadẽ absoluta iam & aliis ostẽsa, opinionẽ multo spe inferiorẽ cõsecuta sunt. Quanquam hic sanè conatus laudi dandus fuerit, si quæ ab aliis omissa sunt, puestigemus, & imperii gerendi rõnem pscribamus. Siquidẽ hi qui priuatos instituunt, ipsis tm̃ prosunt. Verum si quis eos qui multitudini imperant, ad uirtutẽ adhortet, hic nimirum utrisque profuerit: tum iis qui gerunt imperium, tum iis qui parẽt imperio, dum pariter & his regnum stabilius, & illis gubernationẽ mitiorẽ reddit. Primum munus. Etem̃ si caput & totius negotii uim recte cõstituerimus, huc respicientes, melius de cęteris quoque partibus differemus. Iã illud nemo inficias ibit opinor, regũ esse partes, ut reip. malis finẽ imponant, & felicitatẽ tueant, & ex pusilla magnã reddãt: quñquidẽ & cętera quę in quotidianis incidunt negotiis, horum gratia sunt agẽda. Quin illud quoque in cõfesso est, quod qui hæc pstare ualeãt, deque hisce rebus sint cõsulturi, nõ oporteat esse socordes, sed huc eniti, ut cæteris antecellãt prudẽtia. Demonstratum est em̃, eiusmodi illos habituros imperium, cuiusmõi rõnibus ipsi pręparа-

Vñ regnorum commutationes.

Officium principis.

Principũ institutio utilissima

Præcipuũ principis munus quod.

rint animum suum. Proinde nullis athletis sic conuenit exercere corpus, ut regibus aim. Siquidẽ quæ uel in omibus ludis publicis ꝓponunt præmia, nulla parte cõferri possunt cum his, quæ uobis q̊tidie sunt ꝓposita. Hęc itaqꝫ reputantẽ adniti decet, ut q̃tum cæteros antecellas honorib. tantundẽ & uirtutib. eos p̃cedas. Neqꝫ ꝟo putes in reliquis quidẽ rebus curã ac diligentiã cõducere, id autẽ ut meliores reddamur, nihil habere momẽti. Nec tantæ infelicitatis condemnes mortales, ut artes excogitauerimus, qbus ferarũ ingenium curemus, mitiusq́; ac melius reddamus, nobisipsis ad uirtutẽ parandã nihil ꝓdesse q̃amus: cõtrà, magis ita sentiens, institutionẽ simul & curã aim adiutare posse. Et eorum q tecũ uiuũt, prudẽtissimis temet adiunge, & alios q̊scunqꝫ uales, accerse. Nec ullius poetę celebris aut sophistæ, puta rudẽ te eẽ oportere, sed illorum qdẽ auscultatorẽ te prębe, horum ꝟo discipulũ. Ita temetipsum cõpares, ut & inferiorum sis iudex, & superiorum æmulus. Nã id gñs exercitamẽtis celerrime talis euades, quales statuimus esse debere eos, qui recte gesturi sint imperium, quiq́ꝫ rẽp. sicut oportet, sint gubernaturi. In primis autẽ ipse temetipsum in cõsilium adhibeto, siquidẽ absurdum existimas deteriores imperare p̃stantioribus, & stultiores p̃ire prudẽtioribus. Nã quo uehementius cæterorum amentiã cõtempseris, hoc diligẽtius tuã ipsius mentem excoles. Ergo hinc quidem incipiant oportet, qui munus aliquod cum laude gesturi sint. Super hæc autem & ciuium & ciuitatis amãtem oportet esse principem. Neque enim equis, neque canibus, neque uiris, neque ulli denique rei quisquam recte possit imperare, nisi gaudeat ac delectetur ijs, quorum curam agere debet. Curæ sit tibi multitudo, & illud super omnia spectes, ut ita imperes, ut gratus & charus sis tuis, haud ignorans & inter oligarchias, id est respub. in quibus penes paucos est rerũ potestas, ut inter alias respub. eas maxime diuturnas esse, in quib⁹ maxime habet ratio multitudinis. Porrò, hanc ita recte moderaberis, si nec fines,

Principis ẽ antecellere sapiẽtia.

Exercitatio honesti plurimũ ualet.

Princeps optimis sit familiarissimus.

Princeps per se sapiens.

Quæ res ſtabile faciant imperium.

De corrigendis & adminiſtrandis legibus.

ut quis faciat iniuriā alicui, nec patieris iniuria affici quẽ q̃, uerum illud agas, ut optimis quidẽ honores tribuant & præmia: cæteri uero nulla in re per iniuriam lædant. Nam hæc prima maximaq́ꝫ recte adminiſtrandæ reipub. ſunt elementa. Si quæ leges erunt aut conſuetudines ciuitatis parum rectæ, eas tolle ac muta. Atqꝫ in primis da operam, ut eas q̃optimas excogites. Quod minus poteris, quæ apud alios bene conſtituta ſunt, imitare. In uniuerſum, leges conquire, quæ & iuſtæ ſint, & reipub. conducibiles, & inter ſe cōſentientes. Deinde quæ & lites q̃paucissimas pariant, & exortas quampoteſt ocyſſime finiāt. Siquidem has res omnes habeant oportet, bene conditæ leges. Fac ut earum obſeruatio lucro ſit ciuibus: forenſis autem tractatio damnoſa, quo nimirum hanc fugiant, ad illam ſint promptiores. In controuerſijs ciuium inter ſe diffidentiū ita iudicis officio fungere, ut nec ad gratiam alicuius, nec ſecum pugnantes feras ſententias: uerum ſemper de cauſis iiſdem, eadem item pronunties. Nam & decet pariter & expedit, ut leges bene conditas, ita regum quoqꝫ de iure ſentētiam certam & immutabilem eſſe. Ciuitatem tanq̃ paternā domum gubernato, in apparatu quidem ſplēdidus ac regalis: cæterum in munijs obeundis accuratus ac diligēs, quo pariter & laudem conſequaris, & facultates ſuppeditent. Magnificentiam oſtentes, non in ullis hiſce ſumptibus, qui protinus euaneſcunt, ſed cum in his quę iam antè diximus, tum in poſſeſſionum pulchritudine, & in amicos beneficentia, propterea quod huiuſmodi ſumptus, nō ſolum tibi manent, uerumetiam poſteris tuis utilitatem relinquent, ijs quæ inſumpſiſti potiorem. In his quæ ad deorum cultum pertinent, ita facito, quemadmodum eſt à maiorib. præſcriptum. Exiſtimes aūt nullum ſacrificiū pulchrius, nullum eſſe cultum maiorē, q̃ ſi teipſum uirum optimū, iuſtiſſimumq́ꝫ præſtiteris. Siquidem ſperādum eſt homines eiuſmodi citius à dijs boni quippiam impetraturos, q̃ iſtos qui multas mactant uictimas. Primos honores tri

De iudicijs.

Magnificētia principis.

De religione.

Quib. ma

bue coniunctissimis, uerissimis, amicissimis. Eam putato tutissimam corporis tui custodiam, si & amicos habueris uirtute præditos, & ciues tibi beneuolētes, & si ipse prudentia polleas: nam hisce potissimum rebus & parare & tueri regnum possis. Priuatorū domos curato, existimās & eos qui sua profundunt, de tuo depēdere: & qui industria rem augent, tuis addere facultatibus. Quicquid enī possident, qui ciuitatem incolunt, id proprium est bene fungentium principatu. Adeo per omnem uitam appareas obseruans & amans ueri, ut tuis dictis citius habeat fides, q̃ cæterorum iuriiurando. Cunctis quidem hospitibus tutam præbeto ciuitatem, & in contractibus legum obseruātem, cæterum ex his qui in eam perueniunt, plurimi facito, non eos qui tibi munera adducūt, sed qui abs te cupiunt accipere. Etenī si hos in pretio habueris, plus laudis apud cæteros consequeris. Adimito metum ciuib. neq; uelis admodū formidabilis esse ijs qui nihil peccant. Nam utcunq; reddideris alios affectos in te, ita & tu in illos eris affectus. Ne quid omnino feceris per iracūdiam: uidearis id facere, quoties ita postulabit tēpus. Hactenus seuerus appareas, ut nihil te lateat eorum quæ fiunt: mitis autem, ut pœnas irroges commissis minores. Ita principis dignitatem ostendere studeas, non sæuitia & atrociter puniendo: sed hoc agens, ut omnes ingenio tuo superent, & te rectius quàm ipsi possint, suæ saluti consulere putēt. Esto bellicosus rei militaris scientia, ac belli apparatu: pacificus autem nihil præter ius & æquum usurpando. Sic cum inferioribus ciuitatibus cōmercium agito, ut superiores tecum agere uelles. Certa non de rebus quibuslibet, sed de his duntaxat, quæ tibi si uiceris, emolumentum sint allaturæ. Viles & ignauos existimato, nō qui suo bono superant, sed eos qui suo malo superāt. Magnanimos existima, non eos qui maiora complectunt, q̃ tueri queant: uerum qui moderata quidem concupiscūt, sed quod conant, possunt efficere. Felices & imitādos puta, non hos qui imperium parauerunt amplissimum, sed

xime sit habēdus honos.

Luxus ciuium coercendus.

Fides in principe.

Bn̄uolentia erga principē.

Bellum. Pax.

Pro quib. certandū.

Vera magnanimitas.

Vera felicitas.

eos qui quod contigit, quàmoptime gesserunt. Existima te perfectam felicitatem assecuturum, nõ si cunctis mortalibus cum terrore periculóque imperes, uerum si teipsum talem præbueris uirum, qualem oportet: atque ita agens, ut res præsentes postulant, moderata cõcupiscas, nec horum quicquam tibi desit. Amicos facito, nõ quoslibet id ambientes, sed qui tua digni sint indole: nec eos cum quibus iucundissime sis uicturus, sed quibus adiutantibus quàmoptime rempublicam gubernaturus. Diligẽtissimus esto in explorandis ĳs, quos in familiaritatem allegis tuam, memor futurum, ut omnes qui tecum non habent consuetudinem, te similem arbitrentur ĳs, quorum uteris familiaritate. Negotĳs quæ per te non gerũtur, uiros eiusmodi præfice tanquam omnium, quæ illĩ commiserint, culpa tibi sit imputãda. Fidos existima, nõ qui quicquid dixeris feceris ue laudant, sed qui errantem increpant. Permitte prudentibus libere loquendi facultatem, uti si quid extiterit de quo ambigas, habeas cum quibus rem expendere possis. Qui tibi arte adulantur, discerne ab ĳs, qui te cũ beneuolentia colunt, ne potior sit malorum quàm bonorũ conditio. Ausculta quæ loquuntur, alius uicissim de alio, dãs operam ut noris & qui sint qui loquuntur, & de quibus loquantur. Pari pœna afficito, & qui mendacio calumniantur aliquem, & qui facinus admittunt. Tibiĳpsi nõ minus atque alĳs imperato, idque maxime rege dignum esse ducito, si nulli seruieris uoluptati, sed cupiditatibus tuis magis quàm ciuibus domineris. Nullam uitæ consuetudinem temere, neq; citra delectum admittas, sed huiusmodi exercitĳs cõsuesce delectari, è quibus tum ipse profecturus sis, tum alĳs melior esse uidearis. Ne quid his rebus efferri uidearis, quas & mali præstare possint, sed uirtutis nomine tibi placeas, in qua nihil tibi commune sit cum improbis. Honores uerissimos puta, non qui metu deferuntur in propatulo, sed quoties ipsi apud sese animum tuũ magis q̃ fortunam suspiciunt, si qua re parum honesta te continget-

Qui in amicitiã allegendi.

Cui officia mandanda.

Veri principis amici.

Calũnia.

Studia principe digna.

Veri honores.

delectari, fac clam id facias. Quoties aũt in maximis ꝟsaberis negotijs, tum populum testem admitte. Ne postules ut cæteri quidem composite uiuant, reges aũt incomposite. Quin magis tuã temperãtiam alijs exemplum facito, gnarus totius ciuitatis mores. Principis imitari uitam. Hoc argumento cognosces te recte imperare, si eos quibus imperas, uideris tua cura reddi, simul & opulẽtiores & temperantiores. Magis enitere ut honestam famã liberis tuis relinquas, quàm ingentes opes. Quippe mortales sunt hæ, illa immortalis, & per famam pecunia parari potest: fama uero nummis emi nõ potest. Ad hæc pecunia contingit & malis, famam nemo parare potest, nisi qui uirtute cæteris antecellat. In uestimentis & corporis ornamẽtis delicias ostende, in cæteris autem uitæ munijs temperans esto sicuti regem decet, ut & qui te conspiciunt, ex apparatus aspectu dignum imperio iudicẽt, & qui tecum uiuunt, admirãtes animi uim, eandẽ quam illi de te habeant opinionem. Cõsidera semper quid uel dicas uel facias, ut in errata q̃minima incidas. Potissimũ quidem est ipsum, reꝝ punctũ attingere: cęterum quoniam id perdifficile cognitu, malis citra illud subsistere, q̃ præterire. Magis eñ ad mediocritatem facit, quod diminutum est, q̃ quod redũdat. Simul & urbanus esse stude, & grauis. Propterea quod hoc qdem regem decet, illud autem ad uitæ consuetudinem est accommodum, quanq̃ id est omnium difficillimum. Reperies eñ plerũq; fieri, ut qui graues uideri affectant, frigidi sint, & rursum, qui student urbani esse, humiles uideantur & abiecti. Proinde utriusq; his rebus sic utendum est, ut quod mali utriq; adiunctum est, euites. Quicquid eorum quæ regem scire conuenit, uoles cognoscere, id partim usu, partim philosophia consequere. Nam philosophiæ studium uiam ac rõnem ostẽdet tibi, negotioꝝ autem exercitatio pręstabit, ut in obeũdis rebus possis uersari. Obserua & quid faciant priuati, quid reges, & quis uniuscuiusq; rei euẽtus. Nã si præteritoꝝ memor eris, rectius de futuris statues.

Vita principis.

Opinio de principe.

Sophistica præceptio.

Ab omni specie mali priceps absit.

Seueritas cõdita sapientia.

Vsus cum prudẽtia cõiunctus

Ex euẽtu prudẽtia.

Absurdum esse puta inter priuatos esse, q mortē oppetē re nō recusent, q̄ defuncti laudentur: reges aūt nō hoc eē animo, ut his in negotijs ũsentur, ex quib. uiuentes honestā cōsequantur opinionē. Imagines tuas ita stude relinq̄re, ut uirtutis tuæ magis q̄ corporis sint monumenta. Enitere quidē in primis, ut in tuto sit & tua & ciuitatis incolumitas. Cæteꝝ si te in discrimen traxerit necessitas, potius apud te sit cum laude mori, q̄ cum dedecore uiuere. In omnib. factis tuis impꝑij rōnem habe, daq; operā, ne quid indignum isto honore admittas. Ne commiseris, ut totus intereas: uerū qñ corpus mortale sortit⁹ es, animā immortalē, immortale animi monumentū studeto relinquere. Curæ tibi sit de reb. honestis loq, ut assuefactus eadē & sentias q̄ dixeris. Quæ tibi cōsultanti uisa sunt optima, ea re perficito: q̊rum æmularis gloriā, hoꝝ imiteris & facta. Quæ liberis tuis cōsuleres, ea uelis ipse seq. Aut utere q̄ à nobis dicta sunt, aut q̄ his meliora. Sapientes existima, nō istos qui de reb. minutis exacte contendunt, sed q de maximis recte disserunt: neq; hos q felicitatē pollicētur alijs, cum ipsi multarum inopia rerum urgeantur, sed qui modeste de seipsis ũba faciētes, & in reb. gerendis, & cum hominib. uersari pñt, neq; uitæ cōmutatiōe perturbantur, uerum aduersam iuxtà ac secundā fortunā ferre norunt. Neq; mirū tibi sit, si in his quæ dicta sunt à nobis ꝑmulta sunt, q̄ te q̊q; nō fugiebant, qñ quidē ne me quidē ea res latebat. Imò sciebā, cum tāta sit priuatorū hoim ac principū multitudo, nōnullos eē qui hęc dixissent, nōnullos qui audissent, nōnullos qui alios eadē facientes cōspexissent: rursum alios, q nōnulla hui⁹ generis exerceant ipsi. At cū in ũbis, q̄ ad uitā instituendā pertinēt, nō oportet spectare nouitatē, quib. neq; nouum aliquid, neq; incredibile, neq; q̊d abhorreat ab hominum opinione, licet inuenire: uerum hunc elegātissimum esse iudicato quisquis eorū q̄ dispersa sunt in alioꝝ cogitatiōe, q̄maximā uim coaceruare potuerit, deq; his q̄optime dicere. Nā & illud sciebam, tum poemata, tum

Vera regum gloria.

Honestū uitæ anteponendū

Executio boni consilij.

Peroratio sophistica.

Isocrati cum ē bonam uoluminis partem, ꝓœmijs & perorationib. consumere.

oratiõe libera cõſcriptos libros,utiliſſimos q̄dē ab oĩbus exiſtimari eos,qui uiuendi tradunt p̄cepta,atqui nõ eoſdē audiunt libentiſſime,atq; idē illis accidit in his, quod erga admonentes ſolet,quos ita laudāt oēs,ut tñ nolint illis accedere,p̄optant autē cum ijs,qui peccāt habere cõmercium,q̄ cum ijs,qui à peccando deterrent: Id ita eſſe Heſiodi,Theognidis,& Phocylidis poeſis fuerit argumēto.Siquidē hos nemo nõ fatetur, ad mortalium uitā inſtituendā optimum dediſſe cõſilium.Cæterum hæc cum dicant,malunt tñ ea ſequi q̄ ipſorum ſuadet amentia, q̄ q̄ illorum monita.Adde quod etiam ſi quis è poetis eximijs excerperet, q̄s uocāt ſententias,in quib.illi potiſſimum elaborarunt,non alit̃ & erga has eſſent affecti.Libentius eñ audirent abiectiſſimā comœdiā,q̄ p̄cepta tanto artificio conſcripta.Et quid attinet recenſendis ſingulis immorari?In ſumma, ſi mortalium ingenia conſiderare uolumus, nimirũ cõperiemus maximā hoꝝ partē, neq; cibis gaudere ſaluberrimis, neq; ſtudijs honeſtiſſimis, nec actionib.optimis,nec diſciplinis utiliſſimis, ſed modis omnib.cum utilitate pugnātes ſequi uoluptates, eosq; pro tēperatis & induſtrijs haberi, qui nihil eaꝝ rerũ agũt, quę ad recte uiuendũ requiruntur.Proinde qui poſſis huiuſmodi ꝓbari mortalibus, uel admonens, uel docens,uel de re quapiam conducibili v̄ba faciens,qui ſi quid dixeris,ut inuident recte ſentientib.ita ſimplices arbitrantur eos quib.nihil eſt ingenij. Porrò reꝝ ueritatē uſq;adeo fugiũt, ut ne ſuas quidē ipſorum res nouerint. Quin magis moleſtum ē de proprijs cogitare, iucũdum de alienis diſſerere,hoc autē ſunt animo,ut malint corpore male affecto eē q̄ mente laborē hunc capere, ut de re quapiā utili conſiderent.Cæterum in mutua quidē uitæ inter ipſos cõſuetudine dep̄hendas eos,aut male dicētes,aut male audientes.Rurſus q̊ties ſoli ſunt,repies eos non cõſultantes,ſed optantes.Atqui hęc ſanè dicta ſunt, non aduerſus oēis,ſed eos duntaxat,qui ijs q̄ diximus uitijs ſunt obnoxij.Illud igit̃ perſpicuum eſt ei qui ſtudeat

Conſilio nõ uotis ſubueniē dum reb.

uel facere quippiã, uel scribere, quod uulgo placeat, non saluberrimos, sed fabulosissimos sermones eẽ quęrẽdos, propterea quod his quidẽ audiẽdis delectantur: cęterum cum ipsos labores & certamina spectãt, molestia afficiuntur. Quas ob res admirãdus ẽ Homerus, necnõ primi illi tragœdiæ repertores, qui perspecta penitus hominum natura, utraq; formula ad poematis argumẽtum sunt abusi. Vt em̃ ille certamina p̃liaq; semideûm exp̃ssit fabul', ita hi fabulas ad certamina uitæq; actiones deduxerunt, ut ea nõ iã audiamus solum, uerumetiã spectemus. Itaq; propositis id genus exẽplis ostensum est, ijs qui studerẽt auditorẽ delectare, ab admonẽdo cõsulendoq; abstinendum esse: cæterum ea tum facienda, tum dicẽda quib. perspexerunt delectari multitudinẽ. Atq; hæc quidẽ idcirco breuit' dixi, q͛ existimẽ cõuenire, ut tu qui nõ unusquispiam es ẽ pp'lo, sed populi rex, haudquaq̃ eandẽ cum reliq̃ multitudine de reb. habeas opinionẽ, neq; rerum honestatẽ, neq; hominum beneuolentiã uoluptate metiaris, quin magis ex recte factis illos æstimes. Præterea uero q̊niã de exercẽdo ingenio, diuersa est philosophorũ sententia, nõnullis ita censentib. ẽ disputatorijs, & ad contentionẽ paratis rõnibus prudentiores reddi, eos qui ad hæc animum adiunxerint, alijs rursum ẽ ciuilibus & de repub. gubernãda p̃cipientibus, nõnullis ex alijs quibusdã literis id cõtingere autumantibus, cum illud interim apud oẽs in cõfesso sit, ei qui fuerit recte institutus ex horum unoquoq; colligi consulẽdi facultatẽ, nimirũ oportet omissis ambiguis ad id, quod certum ac cõfessum ẽ accedere, & ad huius rõnem illa de quib. dubitetur explorare. Quanq̃ illud in primis obseruãdum ijs qui recte uelint statuere, ut in omni negotio, quid locus, quid tẽpus, quid rei ratio postulet, cõsiderent: quod si min' possint, certe istos qui de gerẽdis negotijs in gñe p̃cipiunt, cum nihil intelligãt, eorum q̃ ad rem pertinẽt, rejciãt reprobentq;. Siquidẽ palam est eum qui sibijpsi nequaq̃ sit utilis, nec alios prudẽtes redditurum. Porrò, qui sapiant &

Duplex Homeri poesis.

Princeps supra uulgares opiniones.

Ex circũstãtijs rerum, capiendum cõsilium.

cordati sint, quiq́; plus cæteris perspiciunt, hos magnifa cito colitoq́;: memor nullam omnium esse possessionum æque frugiferam, æque regalem, atq; eum qui possit recte consulere. Existimes autem futurum per illos, ut imperium tuum amplissimum reddatur, qui q̃plurimum adiuuare possint animum tuum. Igitur ego quidem quę noui admonui, atq; his muneribus te honoro, non quæ tu merebaris, sed quæ ipse præstare potui. Cæterum illud optato, ut cæteri quoq;, quemadmodum in initio diximus, non uulgata ista tibi adducant munera, quæ uos pluris emitis à donantibus, q̃ à uendentibus emeretis: sed huiusmodi potius donaria, quibus si diligenter utaris, idq́; quotidie, nullum intermittens diem, non solum non conteres, quod in illis solet usu uenire, uerumetiam tum maiora reddes, tum meliora.

FINIS.

Impensis M. Godefridi Hittorpij ciuis
Colonień. Mense Maio.

Fortunā decet esse memorē 226
Belli descriptio 233
Tyrannis principē dedecet 238. 12
Principē ~~aequē~~ vitijs n̄ decē ygnosci
Exemplū 247 & 248.
Sanū decet eē Principē ibidem.
Legeb in militē sancitā ibidē 2a
Frangere non licet fidē datā hosti 268
Legum mutō periculosa 279. 280,
Peregrinō vtilib 281.
Breuitas in Orōne requr 283.
Iocus decet Principē ibidē
~~Lenitas decet~~
Liberalitas Principū 285
Felicitas Hoīs in hac Vitā ~~301.~~ &
~~302 303~~. ~~&~~ totū lḡe de Morte
Principib 301.

Principē dēre subēē legibus
C de Aulica Familia 117. 8. 9.
It C. de Principib Conjugio 104. 10.
It 111. It 120 It. ~~Cap.~~ 177.
ibi: de alia Exercenōy re
Praeceptori recto committendus puer C. 124
Qui sint ad Magiratus admittendi. 146

Strawiona rzecz, abo przemarnowan
largitionibus expensu, profusu, exhaustum,
decoctū, absumptum.
De Princip. peregrinis. 179 ibi Postremo
Ebrietatis reprehensione 191.
Clementiā. Principi se det p subditis 207
~~et~~ 20. 80. 223. 237. 284. 290.

lex de
xcauit
...
...
dicauit
doul
... tr
...
pulctu
landa
... sue
...na cu
lucan
...
... stal
...